



## **Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori**

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,  
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,  
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab  
innumeris mendis repurgata ...

**Riccio, Giovanni Luigi**

**Venetiis, M.DC.LXXIV.**

Praxis Variarvm Resolutionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

stamentum condendo, nisi pratio assensu patris, quare  
 2 fuit mihi quassum, an loci sibi vendiceret in filiafamili-  
 as, quæ nupta post mortem eius viri, lucrata fuit ante-  
 3 fatum, si possit de dicto antefato ad pias causas dispo-  
 nere absq; consensu eius dicti sui patris, in quo articu-  
 4 lo respondi affirmatiue, ex ea quide præsertim ratio-  
 ne, quod antefatum, & dos pari passu ambulant, & per  
 omnia assimilantur, ad text. in Authent. dos data C. de  
 5 donat. ante nuptias, de Franch. in dec. 182. & antefatu  
 esse fauorabilem vti dotem voluit idem de Franch. in  
 dec. 519. vnde cum dos sit proprium patrimonium ip-  
 sius mulieris, ad text. in l. 4. §. fin. de minoribus, sequi-  
 tur, quod vti castrense peculium poterit de ea filiafa-  
 milias ad pias causas disponere absq; consensu patris,  
 dos enim adeo dicitur proprium patrimonium, & cas-  
 trense peculium ipsius filie, quod per text. in l. fin. C.  
 de rei vxor. actione, pater dotem filie ad se reuerfam,  
 ea denuo nubente, non potest minuere.

## RESOLVT. DLXXXI.

Quarta funeralis an debeatur, si moritur persona in-  
 signis, & post sepultum corpus, sicut ex-  
 qua solemnnes in aliquo loco.

- 1 *Facti species.*
- 2 *Funeralia, quæ dicantur, & num. 4.*
- 3 *Funeris sumptus dicitur omne illud quod corporis causa  
erogatur.*
- 4 *Funeralia dicuntur illa, quæ cum cadauere ducuntur ad  
Ecclesiam, & quæ funeris causa sunt elargita, num. 5.*
- 6 *Decisio questionis.*

1 **E**X factis proponitur, quod cum Serenissima Marga-  
 rita Austria naturæ satisfecisset, & ad superos e-  
 uolasset, & in Ecclesia Cathedrali Neap. solemnissi-  
 me, summoque cum apparatu exequia fuissent cele-  
 brata, cumque dictæ Ecclesiæ maior cerarum pars ab  
 Excellentissimo Prælege Neap. donata fuisset, compa-  
 ruit in Curia Arch. conductor quartarum funeralium  
 petens sibi deberi quartam de supradictis bonis dona-  
 tis, cui petitioni se opposuerunt Domini Canonici Oe-  
 conomi præfata Ecclesiæ. Quare consultus ego quid  
 de iure sentirem, dixi, quod glos. in clem. dudum, vers.  
 funeralia de sepult. quam referunt, & sequuntur Vbal.  
 de can. Episc. quæst. 28. num. 7. Henric. conf. 80. n. 9. &  
 2 seq. Rub. conf. 23. num. 5. funeralia dicuntur illa, quæ  
 cum funere ducuntur. Vnde in text. in l. funeris, ff. de  
 3 relig. & sumpt. fun. dicitur, Funeris sumptus accipitur  
 quicquid corporis causa erogatum fuit, igitur ex su-  
 pradiçtis videbatur dicendum, quod non dicatur fune-  
 ralia, & consequenter non deberi ipsorum quar-  
 4 tam.  
 Caterum supradictis minime refragantibus, contra-  
 rium consilium supradicta dici funeralia, siquidem ea  
 funeralia dici in confesso est, quæ cum cadauere duci-  
 tur ad Ecclesiam, ita gl. in dict. clem. dudum, vbi Cor-  
 dub. not. in §. verum quæst. 3. qui in §. equos pariter,  
 & arma contineri asserit, ex attestatione Zenel. quem  
 etiam allegat Anchar. in d. clem. dudum §. huiusmodi  
 num. 30. vbi expressim de equis, & armis, quæ ducun-  
 tur, portanturque in defuncti honorem; Vel funeralia,  
 seu mortuaria appellari, quæ funeris causa obueniunt  
 etiam præter morientis voluntatem, Card. auctor est  
 in eadem clem. dudum quæst. 28. de sepult. & siue den-  
 tur ante, siue postquam condatur corpus, funeralium  
 5 nomine continentur quæcunque funeris causa sunt e-  
 largita, d. l. funeris ff. de relig. & sumpt. funerum. Porro,  
 quod Sacerdotum, Clericorumque sint funeralia, &  
 ad illos pertineat, quæcunque funeris gratia inducun-  
 tur, probat text. in dicta clem. dudum §. ab olim, vbi Anc.  
 & reliqui; quin etiam non funeralia modo, verum nec  
 Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.

ius funerandi quidem ad laicum pertinere potest, si  
 credimus Abb. in cap. quanto, de iudicijs.

Finis tituli Praxis Sepulturæ.

PRAXIS VARIARVM  
Resolutionum.

## RESOLVT. DLXXXII.

Curia Archiepiscopalis an cognoscat de nul-  
 litate suæ sententiæ.

- 1 *Nullitas sententiæ diffinitiuæ coram quo sit deducenda.*
- 2 *Diffinitio de nullitate, est species prouocationis.*
- 3 *Prouocatio ad superiorem per viam diffinitionis de nullitate  
quid operetur.*
- 4 *Declaratur conclusio principalis.*



Vit resolutum a firmatiue ex firma-  
 iuris regula, quod nullitas sententiæ  
 diffinitiuæ deduci potest coram iudi-  
 ce illo, qui tulit sententiam, si Ordi-  
 narius est, l. si Præf. C. quom. & quā-  
 do iud. & qui nullitatem proponit, si  
 petit pronunciari sententiam fuisse,  
 prolatam nulliter, & iterum per eundem iudicem indi-  
 cari, recte petit, & agit l. si expressim ff. de appellat. l. 4.  
 C. de accus. & l. 1. C. de sent. potest etiam deduci coram  
 superiore illius Ordinarij, ad quem appellari potest, nā  
 dictio de nullitate, est species prouocationis Abb. in c.  
 delicto ante n. 7. de appellat. Bart. in d. l. si expressim  
 ante num. 9. & sunt text. in terminis de superiore in l. 1.  
 §. 1. ff. quæ sent. sine appell. & in l. absentem C. de accus.  
 in l. quādam mulier ff. fam. hercisc. & ibi l. Cornelia pia  
 ff. de iurepatron. Delegatus autem non cognoscit de  
 nullitate suæ sententiæ, sed Ordinarius inferior, l. si vt  
 proponis vbi gl. in ver. commisit, C. quom. & quan. iud.  
 hæc est Bart. traditio in d. l. si expressim sub n. 14. corā  
 quo iudice de nullitate sit agendum, de iure autem ca-  
 nonico sunt text. aperti in c. exhibita de iudic. & in d.  
 c. dilecto, de appell.

3 Et prouocatio ad superiorem per viam dilectionis  
 de nullitate operatur eisdem effectus, quos appellatio,  
 nā deuoluit totā causam, suspendit iurisdictionē iudi-  
 cis a quo, & omnia innouata, vti attetata retractantur  
 Abb. in c. consultationibus de re iudic. num. 26. Card.  
 Alexand. in d. c. dilecto num. 61. vsque ad 66. & ratione  
 deuolutionis totius causæ ad superiorem, resultat, quod  
 sicut iudex appellationis ob totā causam ad se deuol-  
 utam, potest reformare sententiam etiam ex noua  
 causa, l. Titianus ff. quod cum eo, l. per hanc C. de tēp.  
 appell. sic possit iudex superior de nullitate aditus pro-  
 nunciare sententiam nullam, & reformare, condemi-  
 nando, aut absoluendo, pñehre Bar. in d. l. si expressim  
 num. 16. per text. in dict. l. 1. & in dict. l. absentem, &  
 magis explicitè idem Bar. in d. l. si vt proponis, quib. in  
 locis parificat, quod ad deuolutionē totius causæ ap-  
 pellationē & diffinitionē de nullitate ad superiorem, & vtro-  
 biq; sequuntur cōmuniter ceteri, Im. & Ang. Aret. in d.  
 l. si expressim, Abb. in d. c. dilecto sub n. 6. & conclusio  
 hæc cōmuniter recipitur rescriptis ab Alex. in d. l. iudex  
 n. 20. ff. de re iud. & in suo conf. 7. vol. 1. lib. 2. & est fun-  
 datum publica vtilitate ad lites finiendas, & ad euin-  
 tandos circuitus inutiles, ad l. properandum C. de iudic.  
 & cap. finem litibus de dolo, & contumacia, quod  
 propriè pertinet ad iudicis officium. l. quidam aestima-  
 uerunt ff. si cert. pet. & idem Alex. conf. 73. n. 10. l. 6. vbi  
 Amplius post Anto. But. in d. c. dilecto col. 4. quod etiā  
 si pars confiteatur sententiam nulliter prolatam pote-

Z 2 rit

rit petere eā reformari ex illis actis, & audiri debeat, ad euitādos circuitus, & pro litiū fine, securi sunt dec. in c. literis col. vi. de of. ord. Por. lmo. conf. 29. col. vlt.

- 4 Declaratur tamen conclusio, vt locum habeat vbi sentētia est nulla ex defectu alicuius solēnitatis in se, vt quia publicata in die feriata, aut extra terminū citationis, aut alio simili accidenti concernente actum publicationis, secus si ex aliquo substantiali concernēte nullitatem processu irreparabilem, veluti ob defectum libelli, litis cōtestationis, & huiusmodi de quibus per Bart. in l. prolatam C. de sentent. Tunc, quia huiusmodi defectus adhuc durat, & sunt impugnabiles, nimirum prima illa sententia non poterit reformari, nam non est dubium, quod defectus illi inficiunt processum, & ex eo processu non potest vtiliter ferri sententia, glos. notab. in §. i. instit. de obligatio. in verbo secundum Cinitatis iura, & Bald. in l. auctori, C. de rebus cred. & in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure col. penult. & in specie per hanc rationem, Alex. d. consil. 79. num. 4. vbi ad hoc retulit in terminis sic determinasse Bald. in l. 2. quæst. 14. C. de rescind. vendit. vbi ad hoc inducit tex. optim. in c. cum dilecti de empt. & vend. & ibi formaliter sic notantur Anc. lmo. & Abb. idem Im. in d. l. si expressim, vbi concludit sententiā, latā contra sententiā, quia ipso iure non valet, l. post sententiā C. de sent. & interloquit. non posse reformari per iudicem superiorem cognoscentem de nullitate, quia vitium præcedens nullitatis adhuc durat, & latius idem Alex. consil. 53. num. 14. lib. 5. sequitur Dec. conf. 483. n. 8. Crau. conf. 271. col. pen. & vlt. vbi propterea infert sententiā nulliter latam ex defectu perēptionis instantiā non posse reformari, quia adhuc vitium nullitatis ob dictam causam obstat. Notabis tamē in praxi fuisse in Rota Romana diffinitum, teste Achil. de Grassi in dec. 4. de sent. & re iudicata, quod sententia iudicis ad quem confirmans primā, etiam nullam ex capite iurisdictionis, nihilominus est valida, & transiit in rem iudicatam, vbi dicitur fuisse canonizatum conf. Alex. 111. vol. 5.

#### RESOLVT. DLXXXIII.

Calor iracundiæ an excuset à pœnis duelli.

- 1 Facti species.
- 2 Quicquid calore iracundiæ fit, pro nihilo habetur.
- 3 Iuramentum calore iracundiæ emanatum, non obligat.
- 4 Confessio facta calore iracundiæ, non valet.
- 5 Prouocatio facta calore iracundiæ, minuit penam.
- 6 Qui calore iracundiæ publice Deum, vel B. Virginem blasphemat, est mitius puniendus, limita num. 7.

- 1 **C**uria Episcopalis Bitōti cum condemnasset duos Clericos, pronunciando illos incidisse in censuras, & pœnas duelli iuxta Bullam Clement. VIII. & cum præfati Clerici appellassent ad Curiam Archiepiscopalem Baren. fuit commissā mihi causa hæc à Domino Aloysio Iesualdo Equite, vltra sanguinis notabilitatē, omni virtutum genere ornatissimo, pronunciaui in fauorem supradictorum Clericorum, motus, quia si calore iracundiæ, duellū contingat, dimicantes non incidunt in pœnas duelli, ex regula iuris, quod quicquid fit calore iracundiæ, pro nihilo habetur. l. quicquid calore, ff. de reg. iuris, quemadmodum dicimus de exheredatione filiorum calore iracundiæ facta, l. as. in l. si filia C. de inoffic. testam. similiter votum factum calore iracundiæ non obligat, gl. est reputata sing. in cap. dudum in verbo calor & ibi Io. Ant. & Panormit. de conuers. coniug. & est similis glos. in cap. sunt, qui opes 11. quæst. 4. Similiter nec iuramentum calore iracundiæ interpositum obligat l. fin. C. ad l. iul. Maieft. c. sicut 1. de iureiuran. Eodem modo confessio facta ca-

lore iracundiæ, non valet, glos. est sing. in c. ex literis de diuort. quam ibi not. & sequitur Panormitan. & in d. cap. dudum, & in cap. fin. 4. col. de conf. & in cap. afferte in 11. col. de præsumpt. & in cap. cum venerabilis in 3. col. de except. & alibi sæpe. Eodem modo accusatio facta calore iracundiæ, debet per iudicem aboleri, l. 1. C. de abol. Similiter si quis acceptat secundum beneficium curatum calore iracundiæ, non dicitur vacare primum iuxta cap. de multa, de præb. & ita tenet ibidem Panormitan. in 4. colum. & Iason. in dict. leg. si filia.

- Insuper dicebam in proprijs terminis esse decisionem Luc. 11. Rota Lucen. vbi voluit, quod si quidam calore iracundiæ se ad duellum irritauerunt, & incontinenti vnus ex eis accessit ad locum causa dimicandi, & alter non venit, quod accessus non dicitur deliberatus, credit prouocantem non incidisse in censuras, sequitur Zened. in collect. 117. n. 4. par. 2. Graff. conf. 4. de homicid. & ratio est, quia prouocatio facta calore iracundiæ, minuit pœnā, probatur in l. 1. C. si quis Imper. maledixerit & in l. famosi, ibi, l. ubi ling. ff. ad l. iul. Maieft. & in c. si quis irascitur 13. quæst. 2. & in cap. inebriauerunt 15. quæst. 1. & in cap. cum apud Thesaloniam 11. quæst. 3. immo glos. in cap. ex literis de diuortijs, dicit quod confessio facta calore iracundiæ, non nocet, & idem de iniuria verbali, & manente calore iracundiæ, quod esset valde pulchrum ad euitandam pœnam statuti, quod intellige, quādo calor iracundiæ, esset tantus, quod illud deliberatē non fecisset, Fel. in c. sicut ex literis de iureiur. quemadmodum dicimus, si quis post calorem perseuerasset in eadem voluntate, per tex. in cit. cap. si quis iratus, notat Bart. in d. l. quicquid calore, & in simili in l. licitatio, in principio. ff. de publicanis, quia tunc non excusaretur, sicut excusantur ijs qui ob verū calorē delictum patrarunt, secundum l. as. in cit. l. si filia, qui voluit, quod qui calore iracundiæ Deum, vel Virgine publice blasphemat, debet mitius puniri, nec habet tunc locum pœna cap. 2. de maled. secundum Archid. in cap. quid ergo, circa fi. 23. q. 5. allegat ita tenere Cossredum in d. cap. vbi Panormitan. & Anan. limitant nisi ex iniusta causa esset prouocatus, puta ex ammissione pecuniæ facta in ludo d. cap. inebriauerunt 11. quæst. 1. facit, quod notat Panormitan. in cap. 1. in 2. not. de his, qui filios occid. Vnde Zened. in cit. collect. 117. ex Ioseph. Ludouicem. in præalleg. dec. 11. notans his vsus fuisse verbis non incidere hodie in pœnas Sac. Conc. Tridentin. in cap. 19. sess. 25. de reformat. illos, qui calore iracundiæ se iniuriarent ad duellum, & incontinenti accederēt ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, quod secus est dicendum quando ex animo deliberato ad eam accederent, licet absque patrinis, nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit: quare cum calor iracundiæ, vt supra diximus, minuat pœnam delicti, vel faciat actum, ac si non esset factus, fit quod prouocatio ad duellum ex calore iracundiæ operetur, vt prouocans non incurrat excommunicationem.

#### RESOLVT. DLXXXIV.

An ignorantia Bullæ Clem. VIII. excuset quem à pœna duelli.

- 1 Iuris ignorantia neminem excusat.
- 2 Iuris ignorantia dicitur lata culpa.
- 3 Statuta post duos menses ligant etiam ignorantes.
- 4 Ignorantia regularum non omnes excusat.

- 1 **R**espondi negatiuē, ex regula vulgata, iuris ignorantiam neminem excusare, l. error. C. de iur. & fact. ignor. & cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. quoniam

nam scire iure quilibet tenetur, l. leges C. de leg.  
2 Imo iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alex. conf. 77. colum. 2. vol. 3. Bart. in l. quod Nerva colum. 6. ff. de pos. Riminald. iun. consil. 484. Anna num. 20. volum. 5. Bertran. consil. 278. etiam num. 2. vol. 8.

3 In tantum, quod statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis, vt dixerunt Abb. Dec. Bero. num. 49. & 52. & alij omnes vniuersaliter in cap. cognoscentes de consil.

4 Nec ignorantia regularum excusat omnes sicut ignorantia extraneorum, vt tradit Abb. & alij omnes in cap. pastoralis de fide instrum. & Bal. in cap. ex causis de re iudic. Riminald. iun. consil. 462. proponitur num. 3. & 62. vol. 4.

In tantum, quod ignorantia iuris, quando allegatur, tunc praesumitur mala fides, quia iuris praesumptio tali allegationi resistit Bartol. in l. heredem ff. de his quib. vt indign. & in l. si fur. in princ. ff. de usu. Menoch. consil. 214. num. 44. vol. 3. Ioan. Andr. Dy. & Philipp. Franc. num. 2. in cap. qui contra extra de reg. iur. in 6. nam ignorantia iuris causat praesumptam malam fidem, Decius consil. 130. num. 5.

Et tanto magis ignorantia ipsa iuris non excusat, quando quod quis potuerit consulere peritiores, idque aliter non egit, vt per Glos. Alex. Iason. & Dec. & alios vniuersaliter omnes in l. iuris ignorantia C. qui admitt. attamen ignorantia iuris excusat, vbi dolus requiritur, vt per Ang. in l. si quis id, quod ff. de iurisd. omni. iudic. Dec. consil. 604. col. 2. consil. 605. & 606. n. 6. quibus in locis vna simul cum Ruin. consil. 23. lib. 1. cōsoluere pro Duce Grauiat, eum non teneri poena criminalis laesa Maiestatis, vel alia, licet sumperit arma vna cum inimicis Caesare: Maiestatis contra Terras ipsius, ex quo dolus non aderat cum crediderit sibi id licuisse, quoniam licentiam tunc habebat Viceregis Regni componendi se cum inimicis ipsis pro statu suo recuperando: prout in casu simili in causa Syndicatorum ciuitatis Canusij, dum tractabatur de poena incurta per eos in arcando pro Capitaneo syndicando terminum Regiae pragmatice, ita extitit iudicatum in Sacra Regia Audientia Prouinciae Terre Bari, sub die 10. Ianuarij 1586. assistente tunc in ea Auditore Viu. prout ipsemet refert in dec. sua 253. lib. 2.

## RESOLVT. DLXXXV.

Canonici Ecclesiae Collegiatae an possint constitui iudices synodales.

1 Persona eligenda in constitutione Synodi, quas qualitates debeant habere, vt satisfiat menti Conc. Trident.

2 Canonici Ecclesiae Collegiatae an possint eligi in Synodo constituendo in iudices, pro negatiua adducuntur duo, num. 3. & 4.

3 Contrarium tenet Author ex tribus, de quibus num. 6. 8. & 8.

1 Extat sancitum in Conc. Trident. cap. 10. sess. 25. de reform. quod in Synodalibus constitutionibus eligantur personae, quae habeant qualitates iuxta dispositionem constitutionis Bonifacij VIII. quae registrata reperitur in c. statutum de rescript. in 6. quibus causa in partibus delegari possint, quae qualitates sunt vt sint in dignitate, & personatum habeant, aut canonicatum in Cathedrali, qua dispositione stante, quaeritur, an canonici Ecclesiae Collegiatae ad id assumi possint, & dubium mihi faciebat, quod iura loquentia de canonici intelligenda sunt de propriis, & verè canonicis, quales sunt, qui inferiunt Ecclesiae Cathedrali Artaman. in consil. 60. n. 6. Baldi. consil. 50. nu. 4. Rubens consil. 29. num. 7. & seq. Alban. consil. 13. num. 4. & 7. Vn. Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

de tex. in cap. statutum de rescript. in 6. volens, quod causa non committatur nisi personis in dignitate constitutis, ampliat, vt procedat quoque in canonicis Ecclesiae Cathedralis tantum, non in alijs, vt per Achil. de Grat. in dec. 1. de rescriptis, & Caputaquens in dec. 257. part. 1.

4 Secundo faciebat glos. pro eadem opinione, dict. cap. statutum in verb. quaedam de rescript. vbi solum canonicis Ecclesiae Cathedralis causa committi possunt, igitur non alijs.

5 Caterum supradictis minimè refragantibus, contrarium dixi ex pluribus.

6 Tum primo, quia in Ecclesia Collegiata solent adesse Canonici obtinentes dignitatem, & Collegiata dicitur quoque habere in se dignitatem, vt per Seraph. in dec. 22. part. 1.

7 Tum secundo, quia Canonici Ecclesiae Collegiatae in nonnullis aequipollent Canonici Ecclesiae Cathedralis, vt per eundem Seraph. in dec. 1223. part. 2.

8 Tum denique, quia secundum Gemin. in cap. nullus nu. 6. de elect. lib. 6. quaelibet causa committi possunt personis habentibus dignitatem, licet sint extra Cathedralis, vt voluit quoque glos. in d. c. nullus, prout videmus in Prioribus, & Guardianis regularium, ad text. in clement. & si principalis de rescript. & text. in cap. quamuis de verb. significat.

## RESOLVT. DLXXXVI.

Ignorantibus Pater noster, & Aue Maria, an possit interdici matrimonium.

1 Falsi species.

2 Matrimonium non potest dici prohibitum nisi in casibus à iure expressis.

3 Causa matrimonialis est fauorabilis. Amplia num. 4.

5 Adducuntur ad hoc tres Sac. Congregationis Episcoporum declarationes.

6 Excommunicati possunt contrahere matrimonium.

1 Quia per Curiam Bitontinam fuit quibusdam prohibitum, ne matrimonium contraherent, ex eo, quod nec quidem sciebant Pater noster, & Aue Maria: habuerunt illi recursum ad Metropolitanum Barensem: qua de re consultus ego ab Aloysio Iesualdo Equite praclarissimo, tunc ibi Locum tenente, & fratre Archiepiscopi, respondi per infra scripta, vide licet, firmissimam esse conclusionem, matrimonij prohibitionem regulariter non esse inducendam, nisi in casibus à iure expressis, secundum Bal. in c. ex publico nu. 7. de conuersion. coning. quem sequitur Turrettus consil. 90. vol. 1. Marzarius consil. 16. n. 6. & cum inter carmina, in quibus dilucidantur impedimenta matrimonij, vt sunt error, conditio, potum, cognatio, crimen, &c. non extet huiusmodi, scilicet illorum, qui nesciunt recitare Pater noster, & Aue Maria, igitur prohiberi non debet.

3 Item dicebam, quod cum causa matrimonialis sit fauorabilis, l. 1. ff. solut. matr. ibi, Interest rei publicae mulieres esse dotatas, facit etiam tex. in cl. dispendiosam. de iud. Bero. in c. ex literis n. 27. de in integr. rest. & dicit Trinius in dec. 28. part. 1. quod adeo causa matrimonialis est fauorabilis, quod in dubio pro ipsa sit iudicandum, & ideo praefatus Episcopus nullo modo supradictam prohibitionem facere poterat.

5 Item dicebam, quod cum per Sac. Congreg. super negotijs Episcoporum bis, atque iterum fuerit inhibitorium Episcopis, ne prohibeant volentibus matrimonia contrahere, praesertim illis, qui nesciunt Doctrinam Christianam, vt in anno 1588. scripsit Episcopo Gallipolensi, & iterum in anno 1589. 28. Aug. Episcopo Cauesensi, & tandem in anno 1590. 26. Augusti eadem Sacra

cra Congregatio rescripsit eidem Episcopo de Gallipoli, igitur neque ignorantibus dicere Pater noster, & Ave Maria.

- 6 Deniq; dicebam per argumentum à maiestate rationis, quia si excommunicati non videntur prohiberi posse matrimonium contrahere, ad tex. in c. significasti de eo, qui duxit in matrim. Couar. de matrim. 2. p. c. 6. n. 3. Viu. decis. 96. igitur tanto magis possunt contrahere matrimonium, qui nesciunt recitare Pater noster, & Ave Maria. Et hæc salua, &c.

## RESOLVT. DLXXXVII.

An regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia.

- 1 Quod initio est nullum, tractu temporis etiam valere non potest.  
2 Subreptio vitiat gratiam ipso iure.

**R**espondi negatiue, ex duobus.

Tum primo, cum principium sit vitiosum, consequenter temporis spatio firmari non potest, vulgatis iuribus.

Tum secundo, quia subreptio vitiat gratiam ipso iure, cap. ad aures, c. constitutus cum alijs de rescript. c. si motu proprio de præbend. in 6. clement. 1. eodem tit. ibi gratiam huiusmodi & c. quamuis rescripta subreptitia ad lites regulariter non sint nulla nisi ope exceptionis, gloss. fin. in c. ad audientiam 2. de rescript. & ibi Abb. n. 14. Felyn. n. 21. & commun. Oltrad. conf. 257. à num. 27. Rebuff. in prax. tit. de different. inter rescripta grat. & iustit. num. 1. Nauarr. in c. si quando de rescript. prælud. 1. Didac. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin. quest. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 2. & 3. & num. 16. Farinac. in prax. crimin. 1. part. quest. 6. n. 46. Tusc. conclus. 722. lit. S. Sahagum. in cap. ceterum de rescript. n. 6. Sanchez de matrim. lib. 8. disputat. 21. in 3. p. & alij plures Caputaquen. dec. 225. part. 3. & sunt alie infinitæ decis. Rotæ impressæ, & manuscripte ad hoc.

## RESOLVT. DLXXXVIII.

De auxilio, seu associatione non posse quem puniri, nisi prius constet de principali delicto illius, cui dicitur præstitum auxilium.

- 1 Curia Archiepiscopalis, quid seruet in puniendo quem de auxilio, vel associatione.  
2 Ut quis possit de consilio, auxilio, & favore præstito puniri, quæ requirantur.

- 1 **C**uria Archiepiscopalis solet in casu, quo causa principalis delinquentis in Magna Curia non est sopita, interponere decretum; quod expectetur exitus causæ principalis, quod quidem iuridicum esse patet  
2 ex regula, quod ut quis possit de consilio, auxilio, vel favore condemnari, opus est, ut contra ipsum constet de delicto, ac delinquentem principali, non quidem per solam contumaciam ipsius principalis delinquentis, sed per testes, aut alias veras probationes in processu contra ipsum inquisitum de auxilio legitime factæ, vel saltem per propriam ipsiusmet contumaciam, ut concludit Bartol. in l. si is, qui rem §. si tu Titium in fin. ff. de furt. & ibi Angel. optime declarans, & Salyc. in leg. 1. col. 8. n. 25. Cod. de rapt. Virg. Anchar. in conf. 216. & Alex. in conf. 99. sub num. 4. vers. prætere rea lib. 1. & in addition. ad Bartol. in dict. §. si tu Titium, asserens in utroque loco hæc opinionem Bartol. esse communiter approbatam, quam etiam sequitur Aretin. in tractat. malefic. in verbo dicto maleficio,

num. 20. & ibi Aym. ad eum Foller. in sua practica in verb. capiat informationem num. 57. Bosl. in tit. de delicto num. 43. Ruin. in consil. 6. in fin. lib. 5. Carrer. infinitos alios citans in sua praxi §. homicid. num. 57. cum seq. ita ut sine controuersia concludi possit hanc esse communem opinionem, prout etiam asserit Clar. in suo lib. 5. sentent. §. fin. quest. 90. vers. scias tamen, licet ibi dicat in eam illa pronuncia non obseruari, sed isto casu seruatum fuit.

## RESOLVT. DLXXXIX.

Purgatio canonica quo casu practicetur in Curia Archiepiscopali.

- 1 Purgatio canonica quid sit, & vnde dicta.  
2 Purgatio canonica cur sit remedium subsidiarium n. 3.  
4 Purgatio canonica extra crimen hæresis, seu illius suspicionem, abijt in desertudinem.

1 **D**e Canonica purgationis remedio, scilicet de obiecto crimine innocentie demonstratione agit Nauarr. de hæretic. lib. 5. consil. 5. n. 3. & subtilissimus Martinus del Rio lib. 5. disquisitionum magic. sect. 13. cuius rei titulum habemus in decretal. de purgat. can. quam esse remedium subsidiarium defendit in specie Caball. in suo luculentissimo libro resolut. criminal. cas. 84. n. 2. vbi ex Abb. ad c. 2. notab. 2. de purg. can. ait, hanc purgationem non esse indicendam, vbi aliter crimine possit probari, vel quia adfit accusator, vel quia extet indicium ad torturam, adeo quod Farinac. in prax. criminal. tit. de indicijs, q. 36. n. 181. & Foller. in pract. canon. in vers. & si nec confessi, aut conuicti, n. 8. dicunt non esse deueniendum ad purgationem canonicam, quando adiunt indicia ad torturam, ideoque subsidiaria reputatur, Maranta in suo speculo p. 6. tit. de iuramento n. 19. Diaz in pract. crimin. c. 151. Gabr. conf. 160. vol. 1.

- 3 Dicitur autem purgatio canonica, quia regulis iuris canonici est satis consentanea, ut infamatus de quocunque crimine, quod plene probari non potest, & sic non confessus, aut conuictus, non modicum, autem suspectus, per ius iurandum se purget, vel per summptionem sacrosanctissimi Eucharistiae Sacramenti. Penia ad director. inquis. p. 2. comm. 14. Verum quia, extra crimen hæresis, aut illius suspicionem in desertudinem abijt purgatio canonica, teste Claro in §. vltim. quest. 63. num. 4. Gallia consil. 18. num. 126. cum sequent. Gayl. lib. 2. obseruation. 106. & inter regulares solummodo viget hoc remedium, dum aliquis infamia respersus, inquisitioni, Superioris sui subijcitur, ex qua nihil certi habeatur, nam tunc vocatus dictum iuramentum præstare debet, necnon adesse debent compurgatores, qui iurent se credere, quod is non deierauerit, compurgatores autem pro Episcopo debent esse duodecim: pro Sacerdote verò sex eiusdem ordinis, & dignitatis, cuius est reus, ut ostendit Viç. Mansus in tractat. de mod. proceden. in caus. regular. cap. 29. Roder. quest. regular. tom. 2. quest. 21. art. 1. & 2. vbi Religiosus accusatus, si deficiat in purgatione non punitur à suo Prælato, vti conuictus, sed ob violentam præsumptionem pena tantum arbitraria plectitur, Siluest. in verb. purgat. can. Simanc. de cath. inst. cap. 57.

## RESOLVT. DXC.

Professio Fidei an præsumatur in dubio fuisse facta.

- 1 Publicam Fidei professionem tenentur facere prouisi de Cathedralibus, & alijs quibuscunque beneficijs

- cijs Ecclesiasticis curam animarum habentibus.*
- 2 Praefata fidei professio debet fieri in Synodo diocesana, & consequenter de ipsa solet fieri registratio in dorsi bulla.
  - 3 Facta non praesumuntur, nisi probentur.
  - 4 Continuatio praesumitur si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere.
  - 5 Solemnitas extrinseca praesumitur, quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem praesumptio oritur.
  - 6 Ex possessione decemali multa praesumuntur.
  - 7 Si quis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem, praesumitur emphyteuta, & solemniter inuectus.
  - 8 Ecclesia decennio aedificata patiente diocesano, praesumitur aedificata ipso Episcopo auctorante.
  - 9 Ex possessione decemali praesumitur titulus diuisionis inter fratres qui decem annis reperiuntur diuisum possedisse.
  - 10 Si filius habitauit per decem annos seorsum a patre, praesumitur emancipatus.
  - 11 Qui per decennium se gessit, ut notarius, an praesumatur creatus solemniter notarius.
  - 12 Stante Statuto, quod minor, vel mulier non possit obligari sine consensu propinquorum per lapsum decennij, praesumitur talem solemnitatem statuti intercessisse.

**D**ominus Alexander Russus meus cum Canonicus, vir quidem, ultra vite integritatem, in agendarum rerum dexteritate, & in sacra Theologia, scientiaque viriulge iuris eminentissimus, quaesuit mihi an si non appareat in visitatione quem obtinent Canoniatum, vel parochialem fecit fidei professionem, sit praesumendum in dubio illam emisisse, cui respondi dubitatione mihi facere verba Conc. Triden. sess. 24. c. 1. & 12. vbi generaliter fuit dispositum, quod publicam fidei professionem facere tenentur prout de Cathedralibus, & alijs quibuscunque beneficijs ecclesiasticis curam animarum habentibus, igitur non est dubitandum quin sit necessaria vera apparetia professionis fidei.

2 Eo magis, quia solet fieri in Synodo Diocesana, & consequenter de ipsa solet fieri registratio in dorsi Bullae; unde cum sit quid facti in dubio praesumi non debet, nisi probetur ex reg. iur. quod facta non praesumuntur, nisi probetur, l. in libello §. facta ff. de capt. & postli. & probetur in cap. cum Ioannes §. vera responsionem istam de fide instrum. hoc idem placuit dum de iure respondit Corn. in conf. 181. vers. nec obstat vol. 2. Menoch. in conf. 1.1. num. 301. Bos. in conf. 36. n. 13. vers. verum respondetur Cephal. in consil. 53. n. 34. & in conf. 77. & 130.

Ceterum supradictis minime refragantibus in proposito articulo respondendi distinguendo, quod aut sumus in canonatu de receti collato, & tunc non praesumi fuisse emissam fidei professionem, aut vero est decennalis collatio, & tunc aut allegatur ab eo, pro quo praesumitur fuisse emissam fidei professionem, aut negatur: primo casu praesumitur, secundo vero nequaquam, ita Paris. de resignat. benef. lib. 3. c. 6. n. 74. cuius opinio corroboratur a simili de continuatio, ne possessionis, nam continuatio praesumitur, si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere, nam tunc praesumitur possessio medio tempore continuata, secus si negat, nam tunc praesumptio ista cessat, gloss. in l. siue possidetis, in verbo constituti vers. non distinguitur, & ibi Bar. num. 6. & 7. c. de probation. Bald. in l. 1. circa medium, vers. reuoco in dubium. Ang. n. 4. vers. in gloss. 3. Castren. n. 9. Cuman. colum. 2. circa medium vers. tu dic. C. de probation. But. in cap. cum ad sedem, n. 25. Abb. n. 25. de rest. spoliat. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 23. vbi attestatur de communi de cau. poss. & prop. Couar. in c. Raynuitius, §. 1. sub num. 2. de testam. vbi de communi etiam. Item solemnitas extrinseca praesumitur, quando allegatur ab

eo, ad cuius fauorem praesumptio oritur, at secus si ab eo negetur, Salyc. in l. si filius q. 1. vers. sed hoc non obstat, Cod. de pet. hered. dicens quod iussus patris praesumitur praecessisse, si ipse hoc allegat, secus si negat, sequitur Alex. conf. 9. n. 9. vers. potest etiam, libro 3. Ruyn. conf. 23. n. 20. lib. 5. Gabr. de praesumptio. concl. 1. num. 74. Ita privilegium praesumitur in usu, si talis praesumptio a privilegiato allegatur, non autem si negatur, ut fuit decisum in vna Caurienf. iurisdictionis 26. Aprilis 1575. & facit Anchar. q. 207. n. 11. ad hoc.

- 6 Ex possessione enim decemali multa praesumuntur, quae alias non praesumerentur, prout primo, si aliquis per decennium rem tenuit prout emphyteuta, & pro ea soluerit debitum canonem praesumitur emphyteuta, & solemniter inuectus, & idem in eo, qui decem annis tanquam vassallus possedit castrum, praesumitur inuectus de feudo, gloss. in l. 2. in gloss. magna Cod. de iure emphyt. Bartol. in l. 2. §. ex contrario ff. de acquir. possession. & in l. litibus, C. de agr. & censib. lib. 11. Angel. & Mod. in l. praetor. in princ. eod. & vide text. in cap. 1. qual. olim. feud. pot. alien. Secundo facit, quod vult Card. Flor. in cap. requisiti de testim. quod
- 8 Ecclesia, vel Cappella iam decennio aedificata patiente diocesano, praesumitur aedificata ipso Episcopo auctorante. Tertio facit, quod ex possessione decemali praesumitur titulus diuisionis inter fratres, qui decem annis reperiuntur diuisum possedisse, gloss. est sing. & ibi magis communiter approbata in l. penult. Cod. comm. diuid. Bald. in l. 1. colum. 3. Cod. de fidei comm. & singul. Ant. Burg. in cap. peruenit, de empt. &
- 10 vendit. Quarto facit, quod si filius per decem annos habitauit seorsum a patre praesumitur emancipatus, secundum Bald. in l. 2. post mortem ad fin. ff. de adopt.
- 11 & in l. 2. C. si aduer. rem iudicat. Quinto facit, quod voluit Bald. sub forti articulo in leg. 1. in 3. col. C. de fidei comm. quod qui per decennium se gessit, ut notarius, praesumitur creatus solemniter notarius. Sexto facit, quia stante statuto, quod minor vel mulier non possit obligari sine propinquorum consensu, certe per lapsum decennij praesumitur talem solemnitatem statuti intercessisse, secundum Bal. in l. qui in aliena, & per illum text. in l. sciendum in princ. ff. de verb. obligat. hoc non firmo, nam contrarium tenuit idem Bal. in 2. Cod. de leg. Lud. in d. sciendum, Alex. in d. l. qui in aliena, in princ. & in conf. 17. volum. 4. quod incipit, Viso instrumento locationis col. 4.

## RESOLVT. DLXXXXI.

Omittens sumere primam tonsuram, an Sacerdos effectus teneatur ad illam se ordinari facere.

- 1 Facti species.
- 2 Sacerdos omittens assumere primam tonsuram, quod postea factus Sacerdos illam assumere probatur ex tribus & num. 3. & 4. contrarium fuit decisum num. 5.
- 6 Respondetur contrarijs.

**S**acerdos quidam cum dubius existeret, an primam tonsuram sumpsisset, & cum eius dubitandi ratio vana, & frivola minime esset, siquidem de ea non apparebat Bulla, neque eius Episcopus dicebat se recordari illam contulisse, quare consultus ab eodem Episcopo quid de iure sentirem, dicebam praefatum Sacerdotem non male facere, nec aliquo modo errare, illam de nouo sumere, & hoc ex pluribus.

- 2 Tum primo, quia non dicitur iteratum, quod factum fuisse ignoratur, text. est & ibi gl. in l. 1. C. ne sanctum Baptism. iteretur probatur in cap. 1. de cler. per saltu promo. facit text. in c. Ecclesia de consecr. dist. 1. & c. solemnitates de consecr. dist. 4. Quare dum dictus Sacer-

Sacerdos ignoret an illam fumpferit, proinde minime dici poterit iterator.

- 3 Tum secundo, quia iuxta Canonistarum opinionem prima tonsura est ordo, ut probatur expresse in cap. cum contingat, de etate, & qual. in c. clericos 21. dist. in c. perlectis 25. dist. ita quoque Nauarr. in manual. c. 22. num. 18. Couar. lib. 1. var. resol. c. 10. num. 16. & in c. quia nos, num. 4. de testamen. adeo, quod percussiens clericum primæ tonsuræ, incidat in penas c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. unde cum sit Ordo, necesse erit illam sumere, ut reliqui Ordines dici possint gradatim recepti.
- 4 Tum tertio, quia per text. in c. 1. de clerico per saltum promoti, qui ignoranter per saltum de subdiacono fit Presbyter, post penitentiam, debet ordinari in ordine Diaconatus omisso, sequitur Panor. ibid. in 1. col. Lapis alleg. 28. Gemin. conf. 22. numer. 4. & propterea idem videbatur dicendum in prima tonsura omissa.
- 5 Caterum præfatis minime refragantibus contrariū resoluti, motus auctoritate Inn. in c. cū contingat circa fin. de etate, & qual. quam sequitur Dominic. in c. Psalmistatus, col. fin. 23. dist. Siluester in verb. ordo 2. nu. 5. Sapia ad Panormit. in d. c. 1. de cler. per saltum prom. qui volunt, quod si omittatur Prima tonsura, vel Psalmistatus, vel Lectoratus non est repetendus.
- 6 Non obstant contraria, & propriè text. in cap. 1. de cler. per saltum promo. quia loquitur de sacro Ordine omisso, qui omnino debet repeti, etiam si dubitaretur, cum secundum Panormit. loco sapius citato, Sacramentum quod de necessitate debet conferri, si dubitatur, an interuenerit, debet ad cautelam conferri, & ratio diuersitatis est, secundum Innoc. quia in ordine minore nullum officium speciale conceditur, secus in alijs, in quibus recipiendo quemlibet aliorum Ordinum, videtur recepisse potestatem faciendi omnia, quæ ad hunc Ordinem pertinent.

#### RESOLVT. DXCII.

Episcopo, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia.

- 1 *Episcopo qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, nullum tempus super est.*
- 2 *Episcopus qui abutitur alternatiua, clarum est eum illam amittere.*

**F**uit mihi quaesitum, an Episcopo, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, remaneat saltem aliquod tempus ad conferenda beneficia, cui respondit, nullum quidem tempus superesse d. Episcopo, motus quidem ea ratione, paria esse quoad alternatiuam amissionem Episcopum abesse ab eius diocesi, vel alternatiua abuti, & abutendo clarum est illam amittere, & priuatus censetur nedum iure conferendi in sex mensib. sibi vigore alternatiuæ assignatis, sed etiam pariter priuatus extitit vti, & quasi possessione conferendi, ita ut amplius conferre non valeat, ut declarat Gonzalez gl. 56. nu. 37. & probatur in dict. reg. 8. vers. ubi vsu, & beneficie.

Caterum in hoc articulo iudicauit Rota Romana in vna Sulmonen. alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto, cuius decisionis tenor est.

Presupposito, quod Episcopus post acceptatam alternatiuam a sua diocesi se absentauerit in quibusvis anni mensibus, & quod per annum, siue longius, minusque tempus fuerit absens absque fraude, dubitatum fuit, an collatio beneficiorum vacantiū in mensibus Martij, & Septembris, Episcopo a sua diocesi absente, ad Episcopum, vel potius ad Summum Pontificem spectet, super quo dubio Rota consulta respondit collationem perti-

nere ad Summum Pontificem, cum isti duo menses, qui alias sunt Ordinarij, vigore acceptationis alternatiue efficiuntur Apostolici, per quam acceptationem non dicitur Episcopus consequi merum priuilegium, neque illa acceptatio est simplex remotio obstaculi, sed per concessionem Papæ, & acceptationem Episcopi fit quædam permutatio mensium, ut per Mohed. decif. 3. de rescript. nu. 1. quia Papa ex octo mensibus referuatis concedit Episcopo quatuor, & vicinera Episcopus ex suis quatuor dimittit Papæ duos, & sic inter Papam, & Episcopum initur quoad hoc quædam conuentio, seu quasi contractus, ut propterea non possit Episcopus post acceptationem, absque scientia, & consensu Papæ ab huiusmodi permutatione, & conuentione recedere, & dicere se nolle uti alternatiua, & velle ad menses ordinarios redire, Put. decif. 88. lib. 3. Achill. dec. 2. num. 3. super regul. modif. indulti addit. ad Simonet. de benef. reseruat. q. 71. num. 5. latè Mandos. confil. 18. nu. 8. & regulare est contractus ab initio esse voluntatis, & ex post facto necessitatis licet c. de act. & obligat. & in istis terminis alternatiuæ fuit resolutum in causa Vicentina præceptoræ 14. Decemb. 1592. coram Illustriss. Blanchetto, alias sequeretur inconueniens, quod ius conferendi Sedis Apostolicæ esset in incerto, ut dicitur in d. decif. Vicentina, & quod esset in facultate Episcopi facere de mensibus referuatis ordinarios, & liceret ei residendo frui mense Februarii, & propter absentiam mense Martij, & deinde post reditum mense Aprilis, & sic de alijs mensibus Augulti, Septembris, & Octobris, quod absurdum ponderauit Rota in causa Fauentina Canonicius 16. Decembr. 1585. coram Blanchetto, ubi etiam fuit consideratum, quod alternatiua concessa Episcopis ad illos inuitandos ad residentiam, contrariam effectum operaretur.

Neque repugnarent decisiones Putei 488. num. 5. & 492. nu. 2. lib. 2. Crescent. dec. 1. de priuileg. Cassa. dec. 2. & 3. eodem titulo, & alie dicentes gratiam alternatiuæ esse remotionem obstaculi causati per reseruat. 8. mensium, quia declarari debet, & conciliari cum decisio. Mohed. Achil. & alijs sup. alleg. quod non sit mera, & simplex remotio, nec simplex, & merum priuilegium, sed cum sua qualitate, & conuentione, nempe, quod Episcopus debeat residere, & quod ex quatuor mensibus ordinarijs, dimittat duos Papæ, illos cū Apostolicis commutando, imo in alternatiua proceditur vterius, quia Papa expresse reseruat sibi sex menses alternatos, ita ut ad sit etiam ista qualitas reservationis sex mensium ad fauorem Papæ alternatorum, quam reservationem istorum sex mensium posse fieri a Papa non est dubitandum, propter eius absolutam potestatem, quo fit, ut statim atque acceptatur alternatiua, menses Martij, atque Septembris, de quibus agitur, sint reseruat Papæ, ita ut sine Episcopo residet, siue non residet durante acceptatione alternatiuæ, non possit se in istis mensibus ingerere.

Non obstant deducta ex Anton. Augustino tit. de alternat. §. vltim. & Mandos. confil. 21. quod scilicet, per abutem Episcopum perdit alternatiuam, & reuertitur ad quatuor menses ordinarios, quia prædicta procedunt in suis terminis ob consensum Papæ, nam aut volumus Episcopum conferentem in mensibus Papæ propter huiusmodi abutem, iure ipso priuari beneficio alternatiuæ, ita ut non sit necessaria alia Papæ acceptatio, vel declaratio, & tunc in hoc casu adest consensus Papæ ab initio in concessione ipsius alternatiuæ recedendi ab alternatiua, & permutatione in ipsius acceptatione ab Episcopo facta, secuta ipsius Episcopi contranentione, ita ut Episcopus non possit amplius uti huiusmodi beneficio absque nouo consensu, & noua concessione ex parte Papæ, & noua acceptatione ex parte Episcopi, quæ non applicatur in casu, quando Episcopus ob non residentiam non potest frui beneficio alternatiuæ.

natiua, nam in hoc casu nullus adest Papæ consensus, nec dissoluitur permutatio prædicta facta in acceptatione alternatiua, sed tantum suspenditur illius usus durante absentia, & consequenter non potest Episcopus firma remanente concessione, & acceptatione alternatiua, ubi non residentiam ipsius, redire ad menses in dicta acceptatione datos Papæ.

Aut volumus etiam in hoc casu amissionis alternatiua propter abulum, . . . acceptationem, & consensum expressum, vel tacitum Papæ, ut videtur voluisse Rota in dicta Vincentin. præceptorie coram Blanchetto, & tunc eo magis procedunt supra deducta, quod Episcopus non potest ab alternatiua recedere, & ad suos menses redire sine consensu Papæ.

Neque etiam obstat, quod hoc modo Episcopus ex sex mensibus sibi concessis, duos tantum habeat, quia duos amittit, ex quo non residet, cum absens non possit gaudere beneficio alternatiua prædicta verba regulæ quandiu verè, & personaliter resederit, alios vero duos menses vigore concessionis, & permutacionis, ut dictum est, initiare propter acceptationem alternatiua, & cum Episcopus mediante acceptatione alternatiua duos menses lucretur ex Apostolicis, hoc potest æquivalere periculo amittendi duos ex ordinariis, & nihilominus sibi imputet, vel quia alternatiua acceptauit, & acceptando, ita conuenit, vel quod postquam illam acceptauit residentiam deseruit.

Non obstat, quod alternatiua non habeat locum Episcopo absente propter prædicta verba quandiu resederint, per quæ in causa Sulmonen. Canonicatus 13. Martij 1583. coram bon. mem. Cantuccio fuit dictum, quod Episcopus amittit alternatiua statim atque recedit a diocesi, . . . . . reseruatio octo mensium, quia hoc procedit quoad ipsius præiudicium, qui cum non adimpleat ex parte sua, non potest gaudere commodum permutacionis, sed non inde sequitur, quod alternatiua sit resoluta, & possit fieri præiudicium Papæ absque eius consensu ad effectum, ut Episcopo possit providere in mensibus ad eundem Papam, vigore alternatiua spectantibus, ut fuit resolutum in causa Maiorican. Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Illustrissimo Mellino, & prius fuerat dictum in supradict. Faentin. coram Illustrissimo Blanchetto, quæ decisiones fuerunt à Dominis approbatæ, recedendo ab allegata decisione Sulmonen. coram Cantuccio, in qua non fuerunt istæ rationes consideratæ.

Prout neque obstat, quod licet alternatiua contineat pactum permutacionis mensium inter Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactum sit qualificatum, cum illa qualitate quædiu apud Ecclesiâ resederint, ita ut cessante qualitate residentie, videatur cessare pactum, nam quamvis respectu Ordinarij ad effectum, ut ipse uti possit beneficio alternatiua, pactum sit qualificatum hac qualitate residentie, tamen respectu Papæ, dum in secunda parte concessionis alternatiua reseruat sibi alios menses, talis reseruatio est pura, & non qualificata, cum in ea non sint addita illa verba, Quandiu, &c. quia potius Papa reseruat sibi alios menses, ut præfatur, scilicet modo, quo, supra in regula, si purè reseruat, & consequenter pactum respectu Papæ sibi alios sex menses reseruantis, non est qualificatum, sed purum, & ratio diuersitatis est, quia cum regula incipiat a reseruatione pura octo mensium, dum postea limitat reseruationem requirit qualitatem residentie ad inducendum Ordinarios ad residendum, nam contemplatione residentie Papa concedit alternatiua, dum verò alios sex menses sibi reseruat, tunc non repetit eandem qualitatem, quia facultas Papæ non debet pendere à beneplacito Ordinariorū residentium, vel non residentium, neque propterea potest dici pactum claudicare, stante concessione Papæ cum hac qualitate, & acceptatione Episcopi cum eadem qualitate,

& sic accedente consensu utriusque, sicut C. de actio. & obligat.

Dictam decisionem habui à moderno nunc Castellaniensi Episcopo vigilantissimo, & prudentissimo, Sac. Theol. & Legum Doctore insigni, de Auerolda, Ciuitatis Brixie familia nobilissima, & antiquissima, ex qua complures Litteris, & Armis prodire, viri Illustrissimi, præcipue pietate, & religione insignes, Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales. Gonzalez tamen in suo vol. super dicta alternatiua in glos. 58. num. 23. tradit modum, quomodo Episcopus post acceptatam alternatiua possit reuerti ad suos quatuor menses, ubi praxis de hoc, & in glos. 43. in quaest. 2. 4. & 5. meminit decisionum Rotæ, quæ commemorantur in præsentī prænarrata decisione.

## RESOLVT. DLXXXVIII.

An dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, sit nulla & subreptitia.

1 Dispensatio matrimonialis, quando censetur subreptitia, & nulla.

2 Redditur ratio huius conclusionis.

3 Adducuntur ad hoc declarationes Sacra Congr. Concilij.

1 **P**urior fuit dictum, & obseruatum in Curia Archiep. dispensationes factas super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula, esse nullas, & subreptitias.

2 Tum primo, quia ita seruatur de stylo Curie, quod quidem facit ius cap. quam graue de crim. falsi, & hanc opinionem tenuerunt Gutierrez lib. 1. can. quaest. cap. 23. Garfia de benef. par. 8. cap. 3. num. 66. & seq. Ledesma de matrim. q. 56. artic. 5.

3 Tum secundo, quia ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, ut in sequentibus declarationibus super. c. 5. sess. 24. de reform. matr. Prima, Qui se cognouerunt carnaliter sine tractatu, & cogitatione matrimonij postea volentes matrimonium contrahere, & petentes secū dispensari in aliquo impedimento, tacentes se carnaliter cognouisse, si obtinent ex aliqua causa iam probata dispensationē, possunt dici obreptitiæ, ac subreptitiæ, & sic nullam obtinuisse dispensationem, ex eo solo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem. Secunda, Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem subreptitiā, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognitione coniunctos carnalis copula præcessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines, & cognati spirituales per hanc carnalem copulā redditi sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo, quod dicuntur commississe incestum, qui impedit incestuosos contrahere matrimonium, ideo pro validitate dispensationis super gradu prohibito, necessariam esse de iure expressionem copule carnalis, prout stylum Curie obseruat, & aduertit addit. ad Nauarr. consil. 9. de consanguin. & affinit.

An autem hæc sententia procedat, etiam si copula sit habita post impetratam dispensationem in forma commissaria, antequam tamen Ordinarius, cui dispensatio commissa est, dispense, vide Garf. de benef. par. 8. cap. 4. num. 69.

## RESOLVT. DLXXXIX.

Principalis an teneatur exhibere libros rationum eius procuratori.

1 Principalis non tenetur exhibere libros procuratori.

2 Quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis

3 Actor reo libros edere tenetur.

1 In

**I**N causa eiusdem de Masellis vertente in Curia Archiepiscopi contra suum procuratorem, post procuratorem clericum effectum, fuit resolutum per eandem Curiam non teneri praefatum de Masellis exhibere libros suarum rationum ad petitionem cuiusdem procuratoris volentis ex inspectione partitarum solutarum in dictis libris se demonstrare ad nihilum teneri, ex regula iuris, quod quilibet administrator vel gestor negotiorum alterius, tenetur reddere rationem de administratis, & gestis, Bald. conf. 152. in princ. & consil. 418. in 6. dub. num. 6. lib. 3. Rom. conf. 168. in 3. dubio num. 5. consil. 413. num. 2. consil. 414. num. 1. Cuman. consil. 88. in princ. Abb. consil. 12. in 6. dubio, nu. 5. lib. 1. Corn. consil. 196. num. 4. lib. 3. Soc. consil. 24. num. 37. consil. 46. num. 1. & 2. consil. 73. num. 1. & 2. lib. 1. consil. 213. nu. 6. & 12. lib. 2. Dec. conf. 178. in princ. Grat. consil. 23. n. 7. lib. 1. & alij congesti per Plot. de in lit. iuran. §. 4. n. 85. quae quidem rationis redditio ita haeredes administratoris astringit sicut ipsum administratorem astringebat, ut in puncto dicunt Roman. d. consil. 413. num. 1. & Alciat. consil. 31. in 5. dubio numer. 7. lib. 5. prout e conuerso ad haerem eius, cuius negotia gesta sunt, tanfit actio hac petendi reuisionem ipsius administrationis, ut dicit Roman. d. consil. 31. in 3. dubio num. 5. & in qua rationis redditione venit in primis exhibitio librorum, sine quibus ea reddi congrue non potest, ut ideo iure merito ei, cuius negotium administratum fuerit, detur iuramentum in litem contra administratorem ipsos libros non exhibentem, Bart. & Bal. in l. 1. §. officio, ff. de tutelis, & rationibus distr. hendis, Anch. consil. 316. sub num. 3. Soc. consil. 159. n. 3. & seq. & consil. 190. n. 1. & 2. lib. 2. Ias. consil. 1. ante n. 1. lib. 3. Alciat. consil. 31. in 4. dubio num. 6. lib. 5. Plot. alios referens, & de vera, & communi Doctorum opinione attestans d. §. 4. sub dicto n. 85. ad fin. & §. 5. nu. 26. anno 1593. Florentia.

3 Non obstat textus in l. non est nouum, C. de edendo, ubi quilibet tenetur reo edere libros rationum suarum, ut veritas appareat, quia respondetur id procedere in actore, & in alijs personis, ut patet in l. fin. C. eodem, at secus in casu nostro, in quo de procuratore agitur.

## RESOLVT. DXXV.

Constitutio synodalis Neapolis contra clericos arma exportantes, an procedat in eo, qui probauit illa coepisse ab alio, & per momentum temporis exportauit.

- 1 Falsi species.
- 2 Poena imposita asportantibus arma prohibita, non habet locum in eo, qui per modicum tempus illa asportauit.
- 3 Reddatur ratio, quia modica non sunt in consideratione.
- 4 Contrarium adducitur decusum, & redditur ratio decisionis, num. 5.
- 6 Experientia est rerum magistra.
- 7 Respondetur contrariis, & num. 8.

**I**N Curia Archiepiscopi reperiebatur inquisitus quidam clericus de vulnere illato in personam cuiusdam, item de asportatione archibuseti, & cum non constaret de vulnere, circa exportationem armorum articulauit in eius defensionibus supradictum archibusetum non continuò portasse, sed tempore rixae, & per momentum temporis ab alio recepisse, quare fuit dubitatum, an veniret puniendus poena sancita in Synodo, & dubitationem faciebat pro opinione negatiua, Burfat. conf. 141. n. 16. & seq. & n. 42. & conf. 331. n. 37. ubi voluit, quod qui per momentum temporis habuit arma in loco prohibito, vel cum illis paruam moram traxit, non debet puniri, sequitur Bertaz. conf. 141. n.

16. 17. & 42. conf. 331. nu. 37. Baiard. ad Clar. in q. 82. n. 74. verum item adde, lib. 5. recept. sentent. mouentur, quia modica non sunt in consideratione, l. scio si in integ. rest. propterea, quia momentanea non curatur, l. qui sic, ff. de solut. Marf. in conf. 136. & parum, & nihil equiparantur, idem Marf. in sing. 276. parum, & nihil, & Cacher. in dec. 71. num. 52.

4 Ceterum supradictis minimè refragantibus, cōtrarium fuit resolutum, & ratio fuit, quia clarū est, quod statuta, & constitutiones prohibentes delationem armorum sunt editae, ne quis alterum offendat, neue sequantur rixae, & scandala, ut ait Decian. in c. 3. sub n. 56. lib. 8. rerum crim. & ideo non est spectandum, quod quis portet arma donec aliquem offenderit, vel donec rixae, aut scandala sequuta sint, sed in tempore est occurrendum, iuxta illud, principijs obsta, nam posset aliquis sceleratus melius exequi mentem suam, cupiens aliquem offendere, ut experientia rerum magistra sapius nos docuit.

7 Non obstat l. scio ff. de in integ. rest. quia non facit ad propositum contra nos, ex quo loquitur de modicitate, quae versatur circa rem, non de modicitate, quae versatur circa tempus, prout nos loquimur.

8 Nec etiam obstat regula illa, quae habet, quod momentanea non curantur, de qua in l. qui scit, ff. de solut. quia illa procedit, ubi certi sumus de momento, secus autē quando possibile est, quod illud, de quo agitur, non sit momentaneum, quia hoc casu lex curat de momento, ut ait sic declarans Ripa in l. cum filiofamilias, n. 43. ff. de legat. 1. sed possibile est, quod deferens arma, illa detulisset per bonum temporis spatium, nisi fuisset detentus, & impeditus, eodem modo responderi potest ad regulam, quod parum, & nihil equiparantur, ut procedat quando certi essemus de paruo, sed secus quando possibile est, quod illud, de quo agitur, non sit paruum, quia tunc lex de paruo curat.

## RESOLVT. DXXVI.

An ex insignis, & armis depictis, seu insculptis probetur dominium alicuius Cappellae.

- 1 Sepulchrum proprium nemo sibi vendicare potest.
- 2 Privilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum.
- 3 Nec per solam longam possessionem praescribi potest.
- 4 Ex signis indicatur cuius qualitatis, & natura qualibet res sit.
- 5 Qualibet res praesumitur libera, nisi probetur debere seruitutem.
- 6 Dubia probatio non reuelat eum, cui probandi onus incumbit.

**I**N vna Nolana respondi cum Henriquez. conf. 70. cuius tenor est.

Fuit dubitatum, an ex stemmatibus, & armis depictis, seu insculptis in cacumine, vel in aliqua parte alicuius Cappellae probetur dominium illius familiae, cuius illa sunt. Et respondi negatiue per tex. in l. monumentorum, C. de relig. & sumpt. funer. praesertim quādo agitur de alicuius praedicio, quo casu non probat alicuius familiae proprietatem, ita illum tex. intelligit, & exponit Abb. in c. cum causam n. r. de probat. in ver. tertio dicit gl. & Bart. in l. vel quod si eod. Ratio est, quia siue traditione dominium non transfertur, l. traditionibus, C. de pact. cum vulgatis.

Secundo, quia cum sepulturam nemo sibi vendicare possit, l. sepulchrum. C. eod. nam sepulchrum proprium habere quis non potest quantum ad proprietatem, l. in tantum, §. sacrum ff. de rer. diuis. licet possit habere quoad usum, ut ibi sepeliatur ipse, & sui, ita ut alius sepeliri non possit, ut dicunt omnes DD. & prefer-

tim Butr. in cap. abolendæ de sepul. n.3. Rota diuersi. p.1. dec.787.n.3. hoc priuilegium habere non possunt, nisi ab Ecclesia parochiali assignato Cœmitorio per Episcopum, Butr. in c. certificari, num. 13. eod. vel per Prælatos religionis illius, per dispositionem clem. 2. de sepul. & ideo nisi ostendatur priuilegium, vel instrumentum concessionis, non possunt se muniri insignijs, quia priuilegium, & concessio non probatur, nisi per instrumentum rogatum Affl. dec. 938. num. 6. quia scriptura in hoc casu est de essentia probationis Abb. in c. nostra de rescript. nu. 11. & in c. qualiter de elect. n. 1. & ita ut præscribi non possit l. longa possessio, ff. de morte inferenda.

Tertio, quia in cappella, de qua disputatur, semper Fratres Minores soliti fuere humare Fratres eorum, ex quo cum nullus prohibuerit, arguitur esse liberum sepulchrum, nam ex iure prohibendi, ne ibi alij sepe-liantur, inferitur ad ius inferendi illuc cadauera, Rota ubi supra, num. 5.

Quarto, quia non adest scriptura, sed insignia tantum in quadam serrata, seu Cancellò ferreo, quæ non possunt arguere dominium totius cappelle, quia vera probatio debet necessario concludere, & probare cõcluderetur, si dicitur, quod ex signis indicatur res cuius sit & cuius qualitatis, l. signata, & ibi Bart. C. de fabr. lib. 10. Aut. dos. C. de donat. ant. nup. & ibi Bal. talis enim res præsumitur, qualem signa demonstrant. Respõdetur his omnibus, & similibus, quod hæc sunt ad-minicula, sed non probant plenè, Abb. in d. cap. cum causam de probat. quia quilibet res præsumitur libera, nisi probetur debere seruitutem, l. altius, & l. adibus, C. de seruitut. & hoc probari debet concluden-ter, cap. in præsentia, de probat. nam dubia probatio non releuat eum, cui incumbit onus probandi, sed debet esse certa, & concludens, l. certum in princ. ff. de confess. & l. inter stipulantem, §. si Stichum, de verborum obligatione.

## RESOLVT. DXCVII.

An Episcopus possit denegare ordines absque legitima causa.

1 Facti species.

2 Episcopus non potest denegare ordines à laicis suscipien-dos, & num. 3. 4. & 5.

6 In contrarium adducitur Conc. Trid. sess. 23. cap. 16. & tex. in cap. ad aures, de temp. ord. & secundum isthac iura fuit resolutum.

1 Comparuit quidam laicus coram suo Episcopo asserens summo opere optare se clericari, quare petijt primam tonsuram, & quatuor minores ordines, ostendens legitimam ætatem, & natiuitatem, & quod neque in foro ecclesiastico, neque civili fuit de aliquo crimine inquam denunciatus. Vnde cum dictus Episcopus absque apparenti, & legitima causa hoc denegasset, sed tantummodo ob futuram suspicionem patrandi delictum, fuit dubitatum, an de iure istud fieri potuisset, scilicet si possit supradictus laicus impediri ad susceptionem ordinum, & dubitationem faciebant infra scripta pro opinione negatiua.

2 Primo quia ordinum collatio, ipsorumque submi-nistratio concernit potius iustitiam, quam gratiam, vt patet, igitur denegari nequeunt, arg. not. per Ann. al-leg. 39. par. 1. ubi propterea infert, quod in feudalibus assensus denegari potest, quia est mera gratia, allegat Ifern. in const. post litem, col. 8. n. 12. & in cap. 1. §. quid ergo de inuestitura de re aliena facta. Hinc est, quod si Princeps denegat postulationem non facit iniuriam, quia est mera gratia, c. pen. de post. Præl. Ant. de Butr. & reliqui cap. bonæ cod. tit.

3 Secundo, quia in supradicto laico, nullum crimen apparet ex annumeratis ad impediendum ipsum, cri-mina verò, quæ repellunt ad suscipiendos ordines, & impediunt administrationem susceptorum debent esse maiora, & manifesta, Cuccus in sua canonica instit. lib. 4. tit. de his, qui ad ordines, num. 95. vsque ad 134. Paul. Borgas in tract. de irregul. par. 6. in procem. n. 1. & seq. Grillenz. conf. 138. Henrig. conf. 92. n. 7. & seq. volum. 1.

4 Tertio, quia dato, & non concesso, quod supradictus laicus esset criminofus occultus, adhuc non posset impediri, ex regula tex. in cap. ex tenore de temp. ord. ubi criminofus occultus moneri potest ne promouea-tur ad ordines, sed prohiberi non debet.

5 Quarto, quia contra supradictum nulla apparebat suspitio, igitur impediri non debebat, cap. oues 6. q. 1. de vnoquoque enim bene, & non male præsumere de-bemus, cap. 1. de scrutinio in ord. fac. & quilibet præsumitur idoneus, cap. si. de præsump. & nemo iudicari debet ante veram, & iustam probationem, c. nullum, 30. q. 5. ubi ex Apostoli sententia dicitur, quod audita mala nulli mouere debent, nec passim dicta, absque vera probatione quisque iniqua credat, mala etenim credi non debent, sed potius probata vlcisci, cap. cum in cunctis 11. q. 3.

6 Caterum supradictis minimè refragantibus, contra-rium fuit resolutum, & motus fui ex verbis Cõc. Trid. sess. 23. cap. 16. de ref. in illis verbis, cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessa-rius, & pro hac opinione vrget etiam tex. in cap. ad au-res, de temp. ord. ubi si regularis non debet ordinari contradicente eius Superiore, igitur, & laicus, contra-dicente Ordinario. Non obstant contraria, quia procedunt attento iure communi.

## RESOLVT. DXCVIII.

An clericus olim furiosus, nunc verò sanæ mentis, possit præsentari ad beneficium.

1 Clericus olim furiosus, nunc verò sanæ mentis, est habilis ad obtinenda beneficia, re additur ratio, num. 2.

3 Legitimitas accusandi consideratur tempore accusationis.

4 Habilitas acquisitionis officij debet esse à principio.

5 Contra reum adducitur, quod scilicet habilitas personæ consideranda sit tempore collationis beneficij, n. 6.

7 Semel furiosus, semper præsumitur furiosus, limitatur tri-bus modis.

Consultus respondi, supradictum clericum potuisse ad beneficium, de quo quærebatur, præsentari, nec ex præcedenti furore indicari posse inhabilem taliter, quod veniat repellendus à præsentato à mi-nore parte patronorum, dum ipse à maiori reperitur præsentatus, ad quod consulendum motus fui ex eo præsertim, quod habilitas, vel inhabilitas alicuius cõsideratur tempore, quo actus exercetur, prout dicimus de teste, cuius habilitas consideratur tempore depõsitionis, l. 1. C. de test. & in testatore, cuius qualitas tempore testamenti, l. in eo. ff. eod. & in accusatore, cuius legitimitas accusandi cõsideratur tempore accusatio-nis, c. 1. de accusat. Vnde habilitas præcipuè requiritur tempore, quo officium assumitur, & non tantum sufficit habilitas tempore acquisitionis officij, sed etiam debet esse à principio, c. si eo tempore, de rescript. In contrarium tamen videtur, quod sufficiat, si idoneus quis reperitur tempore, quo officium personæ appli-catur, vt probatur in cap. ei cui, de præbend. in 6. ubi Domi. in 3. no. per illum tex. dicit, quod habilitas per-sonæ consideratur tempore collationis beneficij, & ad hoc est gl. not. in cle. vt hi, qui, in verb. constitutus, de atat. & qual. ubi per illā gl. post Butr. dicit Imol. quod quando-

quando habilitas personae ad certum actum requiritur sufficit, quod ad sit tempore, quo exercitum actus ad personam applicatur, d. c. ei cui. Ad idem bonus tex. in §. furiosus, in l. qui dar. tut. poss. Ex quo inferit, quod si statutum dicat: Quicumque fuerit in tali officio, intra tres annos officium habere non possit, si in fine infra spatium trium annorum eligatur quis ad officium, quod debet inchoari post dictos tres annos finitos, iste reputatur idoneus in tali officio, quia satis est, quod habilitas concurrat tempore, quo debet exerceri officium, facit quod notat Oldrad. in conf. 58. incip. Quidam impetravit. & conf. 68. incip. Ad primam questionem, in 2. quest. Cuius dicta, tacito auctore realium Io. Andr. in add. ad Spec. in rub. de concess. prae. b.

Non obstat, quod furiosus ad ordines promoueri nequit, c. maritum dist. 33. quem tex. Arch. ibi intelligit specificè loqui in furioso, ex sententia Lau. & Hug. idem scribit Alber. in verb. vitiat. Archiep. Florent. 3. part. tit. 29. cap. 5. gl. in d. c. communiter, Summa Confess. de homic. q. 45. & late post omnes Maiol. de irregularit. c. 14. n. 4. lib. 2. quia respondetur, secundum Burgas de irregularit. c. 5. supradicta procedere in ordinibus tantum recipiendis, non in alijs, quare cum in casu, de quo agitur, ordines sunt iam recepti, ut patet, propterea non videntur obstat tex. loquentes de furiosis, & consequenter non obstat tex. in d. cap. maritum, in illis verbis, In furiam aliquando versus infantiuit, quia, ut dixi, loquitur de ordinibus recipiendis.

7 Non obstat, quod qui iam fuit furiosus, praesumitur in eodem furore perseverare, gl. in cap. ult. de success. ab intest. quam dicit sing. Lanfr. in cap. quoniam contra in ver. testium col. ult. de prob. & commendat Prepositus, dicens communem in c. dilectus col. 2. de spons. idemq; notat gl. per illum tex. in cap. indicas Hermanum 3. q. 9. & ita tener Anch. con. 5. num. 5. & plerique sequuntur, quos refert, & probat Alex. conf. 141. n. 3. vol. 1. & in conf. 86. n. 6. & 7. vol. 2. & Curt. iun. dicens, hanc esse veram, & communem conclusionem in conf. 151. num. 7. & Paris. qui etiam communem testatur in conf. 87. n. 12. & 13. vol. 3. & Alciat. in tract. Presump. in 2. regula, praesump. 18. & in conf. 139. num. 8. lib. 9. & Didac. in epitome de spons. & matrim. in 2. p. cap. 2. num. 6. quia respondetur non procedere primo, si probetur eum in quibusdam actibus tantum furiosum fuisse, quia non ideo praesumitur perseverare in furore, ut sentit Bar. in l. 2. num. 4. ff. de bo. poss. infan. & fur. dela. & sequitur Alex. & Aret. in locis superius cit. & las. in l. furiosum, num. 3. C. qui testam. fac. poss. & Cur. iun. in conf. 151. num. 7. & Alciat. in 2. reg. praesumpt. 18. & Didac. in loco superius deducto.

Secundo respondetur non procedere quando actus per furiosum gestus fuerit longo intervallo post furoris tempus, ut in casu nostro Bal. & alij in d. l. furiosus, C. qui testam. fac. poss. & in specie Imola, qui sic concordat repugnantes opiniones, in l. 1. §. ult. num. 46. de ver. oblig. Didac. in d. num. 6. vers. secundo procedit.

Tertio respondetur, ut non praesumatur quis perseverare in eodem furore, si iudicio, ac testimonio peritorum probetur illum furorem ex aliqua causa accidentali contigisse, quae postea sublata fuerit, nam ex verisimili coniectura furor etiam cessasse intelligitur, cap. cum cessante de appell. Aret. in l. 2. col. 2. ff. de test. & sequitur Didac. in loco superius cit. ver. tertio minime, unde cum in casu, de quo verba facimus, adest fides doctissimi Medici supradictum rediisse ad sanam mentem, propterea non est de hoc amplius dubitandum. Et haec currenti calamo.

## RESOLVT. DLXXXXIX.

An Cappella sita in aliqua domo, ad quam patet ingressus à via publica, praesumatur esse domini domus, vel sub iurisdictione Episcopi, stante quod in ea non adest titulus beneficij.

- 1 Cappella si sita est in aliqua domo, & ingressu habet à via publica, praesumitur esse domini domus, & non Episcopi.
- 2 Contrarium adducitur decisum ex tribus, n. 3. 4. & 5.
- 6 Respondetur contrarijs.

1 Pro domino domus, facit, quod dum Cappella sita est, & contigua eiusdem domus, consequens est, ut iudicetur eiusdem qualitatis cuius domus ipsa, arg. tex. in cap. vnico, vbi Ioan. And. & Arch. de consecr. Eccl. in 6. unde dicitur in l. si mercedem §. 1. ff. de actio. emp. quod venditioni fundi, seu domus, cedit Cappella, nisi fuerit exceptuata, ad idem facit tex. in l. in modicis ff. de contrah. empt. Bar. in l. quadam in prin. ff. de acq. rer. dom. Bal. in l. aufidius, num. 4. ff. de priuileg. cred. Ceterum supradictis minime refragantibus, contrarium fuit resolutum, scilicet supradictam Cappellam esse sub iurisdictione Ordinarij, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia appellatione domus venit illa pars, quae habitatur cum familia l. xori in prin. ff. de leg. 3. l. lex Cornelia §. domus, ff. de iur. Bald. conf. 62. n. 5. & seq. vol. 1. Alciat. conf. 22. vol. 3. unde si dicta Cappella non venit appellatione domus, sequitur concludendum esse sub iurisdictione ordinaria.

4 Tum secundo, quia ratione aditus, seu portae iudicatur, & sumitur argumentum de re ipsa, l. si cui edes, ff. de leg. 3. ff. de dam. inf. vbi voluit, quod habitans in cōfinio duarum parochiarum censetur illius parochiae, à qua domus habet aditum, unde Bal. & Castren. in leg. olim, Pico ff. de seruit. vrb. praediorum voluerunt, quod legata domo venit hortus, vel caenaculum si ex domo aditus ad caenaculum erat, sequitur Corn. conf. 203. volum. 1. Rota Genuae in decis. 92. Surdus decis. 24. & probatur quoque in l. praedij §. balnea ff. de leg. 3. vbi ex aditu iudicatur an balnea, vel hortus cedant domui, quare cum praedicta Cappella habeat aditum à via publica, proinde censi debet sub iurisdictione ordinaria, quemadmodum qualibet Ecclesia, quae regulariter Episcopo subest, ad tex. in cap. omnes Basilicae 17. q. 4.

5 Tum tertio, quia ex aditu etiam publico iudicatur an Oratorium fuit erectum auctoritate Ordinarij, 2a. ba. in conf. 11. in fin. in c. Pro enucleatione, Abb. in cap. de Xenodochijs de relig. dom. num. 54. Feder. de Sen. in conf. 106. quem sequitur idem Abb. loco supra cit.

6 Non obstat contraria, quia crebrior est opinio, & magis communis, vendita domo, non venire Cappellam, per DD. in l. in modicis, ff. de contrah. empt.

## RESOLVT. DC.

An clericus laborans morbo caduco possit praesentari ad beneficium.

- 1 Adducitur ad decisionem questionis decis. Rot. ad vnguem.

Consultus respondi cum decis. Rotae in vna Tullen. canonicatus 9. Nouemb. 1551. coram Vestiano, cuius haec sunt verba, videlicet.

- 1 Morbus caducus, licet faciat quem inhabilem ad obtinendum beneficium, & collatio facta patienti morbum caducum, sit ipso iure nulla, Host. Abb. & Imol. col. 2. & Agid. num. 13. in cap. cum inter canonicos de elect. Sylua in tract. de benef. in 3. q. 5. col. fin. & faciat hominem irregularem, cum impediatur promoueri ad

ad ordines, & promotum suspendat, prout est tex. cum gl. magna in c. communiter, & ibi Archid. 33. dist. & irregularitas inducat inhabilitatem ad beneficium, c. is qui §. i. de sent. excom. lib. 6. Abb. & alij in c. cum nostris de cōcess. prabend. latissime Rebuff. de pacif. poss. num. 226. ver. 24. Verum quia patiens morbum caducum non est criminofus suo facto, sed ex accidenti, si beneficium non requirit aliquem ordinem, tunc collatio illi facta non redditur ipso iure nulla, nec ipse pariter ipso iure inhabilis est, Butr. in c. penult. not. 3. de corp. vit. Sed si patiens morbum caducum electus esset, & per Episcopum fuisset tanquam inhabilis remotus, quod facere potuisset, antequam ius cōsequeretur ex confirmatione secuta, vt voluit Abb. in c. ex parte de cleric. agrot. num. 4. ver. secus est, & per Rot. decif. 340. in antiquis, tunc electio non attenderetur, & ita tentū fuit, quod scilicet non fit inhabilis ipso iure ille, qui laborat morbo caduco quoad obtinēda beneficia simplicia die 4. & 9. Nouemb. 1551. corā Veltano, in vna Tellen. Canoniciatus, & prabend. & die 9. Decemb. dicti anni fuit causa iterum propofita, & Domini pro maiori parte permanserunt in decifis, quod scilicet morbus caducus non faciat ipso iure, quē inhabilem ad obtinendum Canoniciatum, & prabendā, quia non est delictū, secus in beneficijs requiritibus ordinem, quē dec. habetur apud Caput. dec. 236. par. 2.

## RESOLVT. DCI.

Canonicus resignans Canoniciatum a quo die prohibetur accedere ad Chorū ceterique Canonici officijs incumbere.

- 1 Canonici resignans Canoniciatum, prohibetur accedere ad locum a die resignationis.
- 2 Respondetur decisionibus Mohedani 1. & 2. de renunciat.
- 3 Decif. quæstionis.

**S** Apissime dubitatur in Ecclesia Archiep. de canonicis resignantibus eorum canonicatus, a quo die scilicet prohibeantur accedere ad Chorū, ceterisque Canonici officijs incumbere.

- 1 Cui quæfito videbatur respondendū pro opinione illa, scilicet a die resignationis ex reg. iuris, quod per resignationē spōte factā in manibus sui iudicis, & prelati, nedum renunciāns amittit possessionem, sed etiā proprietatem, quantum in eo est, licet illa nō præiudicet superiori, quo minus possit illum retinere si velit, etiam inuitum, Innoc. Holt. & reliqui in c. quod in dubijs, & in cap. admonet, de renuncia. Imol. in d. c. quod in dubijs, n. 4. Rot. decif. 4. alias 352. de renunciat. in nou. Abb. in cap. sollicita de reslit. spoliat. col. 5. Sarn. de infirm. resign. q. 29. ad fin. Cass. dec. 2. de renunciat. n. 2. & communiter DD. locis supra cit. Cass. dec. 4. de reslit. spoliat. vbi etiā n. 6. quod nō possit percipere fructus per doctrinam Ioan. And. in cap. fin. de renunc. Staffil. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. in princ. n. 26.

Vnde secundū Verall. in dec. 81. par. 3. quem sequitur Achill. de Grassi. decif. 125. num. 5. resignans amittit omne ius, etiam quod non resignaret secundum formam aliā requisitam, quando omnino tenetur resignare, & sine resignatione etiam est priuatus, prout in eo, qui habet plura beneficia, Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 17. & sess. 7. cap. 2. Rot. dec. 14. num. 4. lib. 2. dec. 97. lib. 1. n. 5. part. 3. diuersi.

- 2 Non obstant decisiones Mohed. 1. & 2. de renunc. vbi Canonicus, quia aliā obligatus erat ad pensionē, nō excusatur ob illius resignationem, ex quibus videtur posse argui per simplicem renunciacionē canonicatus non amittere, neque possessionē, neque proprietatem, quia respondetur supradictas decisiones esse intelligendas quouque constat resignatarium acceptas.

Aloys. Ricc. Praxis Pars 1.

se secundū Verall. decif. 301. & 311. p. 2. & idem Mohed. qui se ipsum declarat in decif. 30. de renunciat.

- 3 Ceterum in casu propofito dixi posse canonicum resignantem ad Chorū accedere, ceteraque canonicos si officia peragere, & fructus suos facere, quouque resignatio fuerit admiffa, illaque intimata resignanti, quod procedit quando resignat per procuratorem ab eo absente, secus si per seipsum, ita Gratian. in decif. 189. Papazon. in addit. ad dec. 4. de renunc. in nou. Verall. in decif. 81. part. 2.

## RESOLVT. DCII.

An Sacerdos, & qui aliā fuit prouisus de beneficijs simplicibus, si postea de nouo obtineat aliud beneficium a Summo Pontifice cum clausula, directa Commissario, si prænio examine idoneum repereris, &c. debeat necessario iterum examinari?

- 1 Clausula dimodo idoneū repereris, quid importat, & n. 7.
- 2 Literatura siue idoneitas non presumitur nisi probetur, redditur ratio, num. 3.
- 4 Literatura an possit probari per testes in illa scientia expertos.
- 5 Decifio quæstionis.
- 6 Conditio, & eius omiffio quando vitient actum.
- 8 Semel examinatus, & approbatus non est amplius examinandus.

**C** Vm supradictum dubium in facto occurrisset corā Domino Vicario Generali Neapolitano, fuit pro vna parte dubitatum pro opinione affirmatiua ex pluribus.

- 1 Primo, quia cum dicta clausula, dummodo idoneum repereris, importet cōditionem, & formam, propterea omitti non potest, Bal. in c. constitutus, el. 2. de iudic. late Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 11. art. 3. Dec. conf. 90. n. 6. & conf. 262. n. 4. & conf. 439. num. 4. Parif. conf. 12. num. 47. & conf. 15. num. 23. & conf. 33. n. 21. volum. . . . neque etiam Iudex potest remittere illud Bal. in l. Iulianus in fin. C. de iudic. Dec. conf. 699. n. 4. & 5. idem Parif. conf. 43. col. vlt. vol. 1. & conf. 107. n. 82. vol. 3. & conf. 14. col. 2. vol. 4. Sed hic, examen requiritur pro forma, quod patet ex Alex. conf. 53. lib. 3. Bart. & alij in l. non est dubium C. de legibus, Bald. conf. 11. col. vlt. lib. 1. Parif. d. conf. 12. n. 38. vol. 4. idem Parif. in rub. ff. de ope. nou. nunc. n. 5. Staphil. de liter. grat. in vlt. expectatiua n. 5. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 5. n. 10. Rebuff. de priui. scholarius priuileg. 86. ver. ego vero, contrarium feruari.

- 2 Tum secūdo, quia literatura, siue idoneitas nō presumitur, nisi probetur, Mascard. de probat. conclus. 989. n. 1. & per totam, Parif. de resign. lib. 10. q. 3. n. 64. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 91. num. 18. Ratio est, quia literarū sciētia magno labore acquiritur, & tanquam accidens extrinsecum non presumitur, gl. in cap. si forte 11. verb. sciētia de electione, lib. 6. quæ literatura probari debet per examen, licet etiā possit probari per testes in illa scientia peritos, Rot. decif. 8. num. 1. & per totam, de probat. in nouis, Franch. in d. c. si forte in fin. de elect. lib. 6. Mascard. de probat. conclus. 877. num. 1. 9. & 11.

- 5 Ceterum supradictis minime refragantibus contrarium fuit decifum, nam fuit dictum, quod conditio, & eius omiffio vitiant actum, quando apponuntur pro forma, probat Surd. decif. 7. n. 10. decif. 75. n. 1. dec. 178. num. 13. dec. 202. num. 8. & sæpe aliās.

- 7 Nihilominus supradicta clausula videtur potius importare monitionem, quam conditionē, & formam, & quatenus de hoc nō constaret, in re dubia interpretationē facere debemus, vt dispositio potius cōseatur facta sub modo, quam sub conditione, adeo, vt procedat,

A a

dat,

dat, Oldrad. conf. 108. num. 1. Abb. in cap. Ioannes n. 3. vbi Fel. de fide instr. cum alijs, penes Cranet. conf. 59. num. 1. Natta conf. 373. n. 26. Menoch. conf. 649. n. 26. quæ decif. confirmatur ex notabili doctrina Gonzalez glos. 4. n. 88. referentis in Curia fernari semel examinarum, vel approbatum ad canonicatum, vel dignitatem in collegiata, non amplius examinari ad similem canonicatū, vel dignitatem in alia collegiata, & pariter semel examinarum, & approbatum ad vnum beneficium simplex, nō amplius examinari ad aliud simile.

## RESOLVT. DCIII.

Dispensatio ad plura beneficia retinenda, an in dubio præsumatur.

- 1 Dispensatio ad plura beneficia retinenda in dubio præsumitur, quod probatur ex tribus in num. 2. & 3.

- I**N visitatione, quam faciebat quidam Archiepiscopus, fuit dubitatum, an esset credendum Canonico plura beneficia obtinenti, asserenti se obtinuisse Apostolicam dispensationem super dicta pluralitate, cui quæsitò cōsultus respōdi affirmatiuē ex infrascriptis.
- 1 Primo, quia cū præfatus Canonicus possederit per decennium supradicta beneficia, igitur præsumi debet obtinuisse dispensationem, ita Ial. in l. si certis annis in 2. col. C. de pact. post Paris. de resignat. beneficiorū lib. 3. q. 6. n. 74. Maresc. lib. 2. variarum resolutionum c. 24. & ita censuit Rota Romana in vna Gadigen. 13. Ianuar. 1548. corā Rossanen. Cuius tenor est, videlicet.
- 2 Dispensationem voluerunt Domini præsumendam esse ex communi reputatione cum cursu decem, vel viginti annorum in vna Gadigen. corā Domino Rossanen. de anno 1548. & dixerunt esse communem, vt per Sarnen. q. 10. & q. 26. in reg. de trie. & probat tex. in c. illud, vbi Felin. not. col. penul. de presump. & ad doctrinam Imol. in cap. dilectio col. 5. vers. 3. oppono de præben. responsum fuit, quod non loquatur, vbi adest longum tempus.
- 3 Tum secundo, quia supradicto canonico vtī persone constitutæ in dignitate, ad tex. cap. statutum de rescriptis in 6. credendum est, glosa singularis in l. si cui, ff. de conditionibus, & demonstrationibus.

## RESOLVT. DCIV.

Ex vulnere sibi illato, quando quis mortuus præsumatur.

- 1 **V**ulneratus lethaliter ex illo vulnere mortuus præsumitur.
- 2 Quid si nescitur an vulnus sit lethale.
- 3 Quid si durante eodē vulnere alia infirmitas ei superuenerit, an ex illo vulnere adhuc mortuus præsumatur.
- F**Vit dubitatum in Curia Archiepiscopali an ex vulnere recepto in rixa, vel aliter, aliquis mortuus præsumatur? & quidem si vulnus erat mortale, dubitationi non est locus l. ait lex, §. quid si mortiferum. ff. ad leg. Aquil. & l. ita vulneratus in princ. eod. tit. sed diffi. cultas est, quando nescitur an vulnus sit mortiferum; & hoc casu fuit dictū varias, ac diuersas esse sententias, vt per Scribentes in c. presbyterorum de homicid. verū tamen in c. 2. de cleric. percuss. dicitur, quod si quis post octo menses moriatur propter temporis prolixitatem ex vulnere illo mortuus non præsumitur, vnde à contrario sensu concludi potest, quod si infra octo menses sequatur mors ex dicto vulnere illato præsumatur sequuta, maxime, quia contrariorum eadem est disciplina, l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur.
- 3 Vnde durante vulnere prædicto, licet ei superuenerit infirmitas, adhuc mortuus ex illo vulnere præsumi-

tur; Ratio est, quia vulnus ad alia accidentia videtur causam præbuisse, cap. presbyterorum cap. ad audientiam, & c. de cetero de nomic. l. nihil. ff. ad leg. Aquil. quod intellige verum quando imperitia, vel negligentia medicantiū, vel incuria, seu culpe vulnerati id attribui nō possit, l. qui occidit, §. vlt. & l. quas actiones, §. vlt. & l. a qui. c. tua nos, c. exhibita de homic. & quod dixi durante ipso vulnere, procedit eo etiā sanato, vbi postea læguor, & stimulus eiusdē vulneris redundarit, eundemque adeo affligit, vt redemptibus alijs humoribus ille moriatur, & ratio est, quia prima causa semper perseverare, & mortem causare videtur, licet ad tempus vacauerit d. cap. ad audientiam de homicid.

## RESOLVT. DCV.

Electio semel habita de viro discreto, cui a sacra penitentiaria commissa est dispensatio, an possit mutari.

- 1 **C**lausula (per latorem eligendum) quid operetur.
- 2 Electio industria persone, non datur transgressio.
- 3 Dispensatio datur in grauioribus negotijs.
- 4 Facta presentatione de aliquo beneficio non potest aliter electio fieri.
- 5 Auctoris opinio qua sit.
- 6 Creditor, qui egit contra successores ab intestato potest variando agere contra heredes ex testamento.
- 7 Cui permittitur electio, non denegatur variatio.

**V**idebatur prima facie respondendum pro opinione negatiua ex duobus. Primo, quia in dictis breuius solet apponi clausula per latorem eligendum, quæ arguit electionem industria persone, & proinde mutari nequit, inter artifices ff. de solution. latē DD. in c. fin. de off. deleg. & in l. quisquis C. de Episc. & cler. cuius ratio est, quia dispensatio est de grauioribus negotijs, cum grauius, & ardua mandentur: secundum Ial. in l. morte, num. 65. ff. de iurisd. omni. iud.

Tum secundo, quia iuxta opinionem gl. in c. quoniam Abbas de off. deleg. in commissionibus, & dispensationibus, quæ contentiosa non sunt, nec inter partes agitantur, erit iudex ille, cui rescriptū fuerit presentationum, ex quo deducitur, quod facta presentatione, non potest alter eligi, Butri. in cap. licet, num. 13. de offic. deleg. Henric. conf. 92. num. 4. & seq. Rub. conf. 28. num. 6. & vbi semel iudicium captum est, ibi terminari debet, l. vbi captum ff. de iud.

Tum denique, quia ita censuit Nauarr. consil. 8. de off. deleg.

- 5 Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium mihi videtur de iure verius ex regula iuris, quæ se vult, quod cui permittitur electio, permittitur quoque, & variatio, l. cum, qui certarum, ff. de verb. oblig. Capyc. in decif. 33. & hoc exemplificari potest in multis, præsertim in electione assistentia, idē Capyc. loco cit. Item in creditore, qui cepit agere contra successores ab intestato, nam potest variare, & agere contra scriptum heredem ex testamento, Boer. decif. 33. n. 16. latē Ant. Gabr. in tract. comm. opin. in tit. de action. conclus. 3. n. 17. Itē in omni creditore, cui permittitur actionum mutatio, Affl. decif. 60. n. 3. quod procedit etiam in causa appellationis, idem in decif. 53. & etiam pendente iudicio, Capyc. in decif. 119. Boer. in dec. 42. n. 14. Vnde mulier, quæ elegit, vt sibi præstetur vltus fructus antefati consilientis in pecunia annuatim sic promissi, potest postea variare, & petere sibi restitui antefatum idem Capyc. decif. 65.
- 7 Et quod cui permittitur electio, permittatur variatio, adducitur Carauit. in rit. 231. & in rit. 233. num. 9. vbi refert quoque rationem huius dicti, quia qui variat eligere dicitur. Ex quibus omnibus patet responso adsupradicta contraria.

RE-

## RESOLVT. DCVI.

An stante Bulla Gregorij XIII. quod Episcopus ingrediens monasteria monialium debeat secum ducere seniores, intelligendum sit de senioribus etate, vel moribus.

- 1 Bulla Gregorij XIII. disponens Episcopum ingredientem monasteria monialium, debere secum ducere seniores intelligi debet de senioribus etate.
- 2 Seniores praeferuntur iunioribus in testimonijs, & electionibus, & num. 5.
- 3 Idem in honoribus, dignitatibus, & praeminentijs.
- 4 Idem in electionibus, & vocibus.
- 6 Idem in Doctoribus eiusdem professionis.
- 7 Aduocati antiquiores praesumuntur melius scire, quam iuuenes.
- 8 Conuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de Collegio.
- 9 Libri rationum debent reponi penes seniore, & quid si sunt plures mercatores socij, num. 10.
- 11 Si sunt duo Notarij creati ad examen recipiendum, penes illum debet originale examinis reponi, qui est etate senior.
- 12 Minor debet seruire maiori, secundum ordinem naturalem.
- 13 Reddatur ratio conclusionis.
- 14 Plus valet umbra senis, quam eloquentia iuuenis.

**T**empore quo praesidebat Neap. Illustris. D. Cardinalis de Aquanina fuit dubitatum, an Bulla Gregorij XIII. incip. dubijs, quae emergunt, disponens, quod Episcopus ingrediens monasteria monialium, debeat secum ducere seniores, intelligi debeat de senioribus etate, vel moribus. In quo dubio respondi intelligendam esse de senioribus etate, quam opinionem fundam ex infra scriptis, primo per tex. in c. fin. de consuet. in 6. ubi grandiores, antiquiores, & seniores intelliguntur etate, non autem alio respectu, & secundum Iul. in l. cum quid si cer. pet. Itē intelligenda sunt omnia iura loquentia de senectute, prout, quod in testimonijs, & electionibus seniores sint iunioribus praefereendi, prout etiam in honoribus, & dignitatibus, ac praeminentijs, maior etate, seu antiquiori praeferi debeat, l. fin. C. de tyronib. lib. 12. l. sepe in princ. ff. de iur. imm. l. 1. & 2. ff. de albo scrib. l. fin. ff. de fide instr. Item in electionibus, & in vocibus antiquiores iunioribus praeferruntur, leg. Alexadrinus, C. de decur. lib. 10. & §. ordinatione auth. de Monachis. Item in testimonijs seniores iunioribus praeferruntur, c. quoties de testib. Item inter Doctores eiusdem professionis ille, qui est antiquior, & prior debet praeferi, secundum Bar. in l. 1. ff. de obseq. & in l. fin. per illum tex. C. de tyronib. lib. 12. Sic etiā antiquiores aduocati praeferruntur, & melius scire praesumuntur, quam iuuenes, l. prouidendum, C. de post. Item seniores Magistri potius sunt audiendi, quam iuuenes, ita notat gl. in c. sic viu. 16. q. 1. Item conuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de collegio, secundum Bart. in l. 1. per illum tex. ff. de albo scrib. lmo. la in c. 1. de maior. & obed. Item clauis custodiae castri debent reponi penes seniore, & tradi maiori, & grandiori natu, l. cum pater §. pater pluribus, & ibi per Bar. ff. de leg. 1. not. Bald. in l. procurator. C. de eden. Item instrumenta, & libri rationum debent reponi penes seniore, & grandiore natu, qui praefertur iuuenibus, vt est tex. in l. 1. ff. de fid. instrum. Vnde dicit Bald. in c. quoniam contra falsam. in 17. col. de preb. Quod si sunt plures mercatores socij, codices rationum debent stare penes seniore, & si iudex commisit examinationem testium duobus notarijs, originale attestatum debet stare penes notariū seniore, qui ceteris paribus est praefendus, ita dicit Inn. in c. 1. de maior.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars 1.

- 12 & obed. Item ordo naturalis est, vt maiori seruiat minor, dicit tex. in cap. est ordo 33. q. 5.
- 13 Prædictorum omnium euident ratio est, quare grandiores natu, sint iunioribus praefereendi, praesertim in honoribus, & dignitatibus, ac prerogatiuis, quia qui est etate maior, praesumitur maturitate sensus praestantior, c. nisi cum pridem §. alia verò causa de renunc. & etiam praesumitur rerū experientia doctior, atque ideo sapientior, vt in c. sciendum 26. q. 4. ideo magis debet honorari, qui enim dignior est, ille praeferi debet, & magis honorari, vt est gl. in c. sexta 16. dist. Item seniores praesumuntur meliores iuuenibus, & est gl. in cap. cum in iuuentute de praesum. & consilium seniorum.
- 14 melius, quam iuuenum. cap. ex multa de voto. Item plus valet umbra senis, quam eloquentia, vel arma iuuenis, vt notat Bald. in c. 1. per illum tex. de renunc. & in l. cum antiquioribus, C. de iure delib.

## RESOLVT. DCVII.

Declaratoria an requiratur super reincidentia excommunicationis.

- 1 Excommunicatus absolutus cum clausula reincidentiae, quod ad hoc, vt elapso tempore reincident in excommunicationem, requiratur declaratoria, probatur ex tribus, de quibus num. 2. & 3.
- 4 Contrarium adducitur decisum ex tribus alijs n. 5. 6. & 7.
- 8 Respondeatur contrarijs.

**D**ebatatur in quadā Curia Arch. dum esset quidam excommunicatus absolutus, vt posset in eadē Curia deponere, cum clausula reincidentiae, an facta depositione, & consequenter elapso tempore, reincident in primam excommunicationem ipso iure, an ita, demum si subsequatur declaratoria iudicis. Et dubitationem faciebat pro opinione, quod requiratur declaratoria, tex. in cap. ad reprimendam, de off. ord. ibi. Si forte contempserit, in excommunicationis sententiam reducere non omittas, & ad hoc facit quoque tex. in cap. quaestioni de appellat. ibi, sed statim erit in eandem reducendus sententiam. Vnde Panorm. in supracit. iuribus, quem sequitur Henriquez consil. 37. num. 4. & Artam. consil. 17. concludunt, quod absolutus cum debita solemnitate, quia promissit parere mandatis iudicis, licet postmodum non paruerit, non tamen ipso facto reincident in excommunicationem, sed opus est, quod de nouo in illam reducatur, & pro hac etiam opinione facit Gemi. in cap. eos §. 1. ver. quod si absolutus de temp. ordin. in 6.

- 4 Caterum supradictis non obstantibus, contrarium fuit per eandem Curiam decisum, scilicet non esse necessarium declaratoriam, sed ipso iure reincidente, quae opinio fundatur ex infra dicendis.
- 5 Primo ex doctrina Host. in cap. veniens, il secundo, de testib. quem sequuntur Io. And. Butr. & Sicul. volentes esse de consuetudine Curiae, quod quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta, vt testificari possit, vel quid simile, statim illis peractis, reincident in eandem excommunicationem.
- 6 Secundo, per tex. in cap. eos de sent. excomm. in 6. ubi absolutus ab excommunicatione, cum reincidentia, elapso tempore ipso iure, absque sententia, remanet excommunicatus.
- 7 Tercio, quia excommunicatio, quae profertur his verbis, nisi satis feceris infra tale tempus, &c. illo elapso, absque alia monitione eo ipso excommunicatus inteligitur, cap. praeterea, il secundo, de appell. cap. a nobis de sent. excomm. Butr. in cap. 2. de testib. cogen.
- 8 Et ex his non obstant contraria, cum procedant in diuersis casibus.

## RESOLVT. DCVIII.

An laicus percutiens clericum iocose in ludo incidat in censuras, si ludus fuit excessiuus.

- 1 Laicus incidit in censuram percutiendo clericum in ludo, etiam si iocose eum percussit, si ludus est excessiuus.
- 2 Cui permittitur correctio imputatur si fines correctionis excesserit.
- 3 Ad incurrendam excommunicationem sufficit actus consummatus absque animo iniuriandi.
- 4 Contrarium consuluit Auctor, & iuxta illius opinionem fuit decisum.
- 5 Et quis incidat in Canonem si quis suadente Diabolo tria requiruntur, de quibus num. 6. 7. & 8.
- 9 Respondetur contrariis.

**P**raefens articulus fuit mihi transmissus consulendus pro parte Vicarij Capitularis Puteolorum, & pro opinione affirmat. adducebam tex. in l. nā ludus, ff. ad l. Aquil. vbi ludus noxi in culpa est, cum tunc potius dicatur crimen, quam ludus, ad tex. & ibi communiter omnes in illud in proemio digest. Bal. conf. 13. n. 5. & seq. vol. 1. vnde illis, quibus permittitur correctio imputatur si fines excesserint correctionis, vt probatur in l. praeceptoris, ff. ad l. Aquilam, in l. 2. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris, & latē Doctores in l. 1. C. de emendatione propinquorum, vltimus dicebam, quod quandoquidem ad incurrendam excommunicationem sufficit solum factū absque animo iniuriandi, vt probatur in c. contingit, & in c. vniuersitatis de sententia excommunicationis, sicut e contra aliquando sufficit sola iniuria absque violentia, c. nuper eod. tit.

- 4 Ceterum supradictis minime refragantibus contrarium consului praefato Vicario, & iuxta hanc opinionem
- 5 fuit per eundem pronunciatum, de qua quidem decisione mirandum non est, siquidem certissima est iuris conclusio, tria esse necessaria ad incurrendum excommunicationem Canonis, si quis suadente, primo scilicet factum consummatū, & proinde si quis mandauerit verberari clericum, & non habuerit effectum, non est excommunicatus, vt patet ex verbis illius canonis ibi, manus iniecerit, & idē si eleuauit manum contra clericum, & non percussit, secundum Panorm. in c. 1. de sent. excomm. Secundo requiritur animus iniuriandi, seu dolus, & ideo si quis percutit iocose clericū, prout in casu nostro, vel causa disciplinae, vel vim vi repellendo, quia clericus fuit aggressor, nō incurritur sententia excommunicationis d. c. 1. & c. si vero, de sen. excomm. ad idē gl. in c. contingit el primo, in vers. iniuriola circa fin. eod. tit. & gl. 2. cap. si quis suadente 17. q. 4. Tādē
- 8 requiritur violentia, vt per Panorm. in d. c. 1. & per gl. in cit. c. si quis suadente, Franciscus Marc. dec. 612. par. 2. Ex quibus omnibus benē apparet fuisse iudicatum, praefatum laicum in nullam incidisse censuram.
- 9 Non obstant contraria, quia quamuis delictum fuerit ex causa ludi, & ludus ille fuerit excessiuus, tamen est inspiciendum principium ludi, qui fuit iocose iniuriatus.

## RESOLVT. DCIX.

Puella, quae ex solo metu reuerentiali patris ingressa fuit religionem, an faciat eundem patrem incidere in censuras ex vi Conc. Trid.

- 1 Facti species.
- 2 Concil. Trid. sess. 25. cap. 18. de regular. quid disponat circa moniales ingressuras monasterium.
- 3 Metus appellatione venit etiam metus reuerentialis.
- 4 Resolutio questionis.

**S**ummopere optabat quidam nobilis, ac pauper, & maximo filiarum onere grauatus, vt vna ex suis filiabus ingrederetur religionem, quare eadē filia paternam voluntatem prauidens, ob solam reuerentiā, nullo tamen sibi metu illato, ingressa fuit religionem, & cum dixisset vna die (Io mi feci Monaca non per altro, solo per il gran timore, e riuerenza, che io portana à mio padre, conoscendo la sua volōtā, che mi monachasse) quare cum fuisset eidem patri id relatum, quāsiuit à me, an ipse in censuras incidisset, virtute Conc. Trid. sess. 25. c. 18. de regular. vbi excommunicantur cogentes puellam ad ingrediendum monasterium, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, primo, quia appellatione metus venit etiam reuerentialis, ad notata communiter per DD. in cap. causam, quae de offic. deleg. & in l. 1. §. quae oneranda, ff. quar. rer. act. non dat. item quia per consil. Nauarr. 10. de sepult. quem sequitur Sayr. in decif. 52. de sentent. excomm. excommunicantur quoquomodo cogētes puellas intrare Monasterium, & secundum Menoch. de arb. iud. lib. 2. cal. 136. n. 7. & seq. post Socc. & alios, quos refert, sola reuerentia sufficit.

- 4 Ceterum supradictis minime refragantibus contrarium consului motus ex reg. iuris, quod ad rescindendum actum ex causa metus, nō sufficit solus metus reuerentialis, nisi cum eo concurrant minae, & verbera, ita declarant Bar. in l. 1. §. quae oneranda, ff. quar. rer. act. non detur, Boer. dec. 100. n. 12. Couar. in 4. decret. p. 2. c. 3. §. 6. col. 2. n. 4. Anna allegat. 88. n. 6. & 114. n. 4. qui de minis loquitur, vel verberibus, & Aym. conf. 11. n. 112. & 114. n. 1. Capyc. dec. 159. n. 34. Couar. loc. cit. & in c. quamuis p. 3. §. 4. nu. 7. vers. 9. conclusio de pactis lib. 6. Riminal. iun. conf. 5. n. 31. & conf. 42. num. 49. lib. 1. Suarez alleg. 24. Pedem. decif. 179. col. 2. Mandellus conf. 77. lib. 1. Ceph. conf. 142. 208. & 210. qui de laesione anormi, vel anormissima loquitur, Ad Idem. Minad. in consil. in aliquibus in 3. not. nu. 9. fol. 97. Menoch. de praesump. lib. 3. praesumpt. 127.

## RESOLVT. DCX.

Irregularitas contracta ob aliquam causam, illa cessante, cessat irregularitas, ita vt possit ordines ministrare absque licentia superioris.

- 1 Clericus effectus ex aliqua causa irregularis, puta furoris, potest, illa cessante, in ordinibus susceptis ministrare, quod probatur ex duobus num. 2. & 3.
- 4 Respondetur contrariis, & num. 5. & 6.

**I**n facti contingentia arbitratum sum potuisse quēdam clericum furiosum, & consequenter irregularem ob hanc causam, ad tex. in cap. maritum 33. dist. 1. ipso perueniente ad sanitatem, & ad integram mentem in ordinibus susceptis ministrare, mouebat ex duobus.

- 2 Primo ex regula tex. in l. Imperator, ff. de postulando, vbi prohibitum ad certum tempus, post illud censetur permittum, vnde cum supradictum irregularitatis impedimentum oriatur ob illum defectum, propterea eo cessante cessat irregularitas.
- 3 Secundo ex reg. tex. in c. cum cessante de appellat. cap. & si Christus de iurando, latē Bar. in l. 2. ff. de donat. & Tiraq. in reg. cessante causa, par. 1. nu. 138. fol. 86. vbi cessante causa cessat effectus.
- 4 Non obstat decif. de Franc. 719. vbi regula cessante causa locum non habet, quando effectus fuit iam consummatus, allegat Perez lib. 3. recompile. legum Hispan. tit. 5. quia procedit in profanis, non autem in spiritualibus prout hic.
- 5 Non obstat tex. in c. sicut de sententia excommunicata, vbi semel excommunicatus semper praesumitur excomm.

communicatus, ergo semel irregularis, quia respondetur ibi requiri absolutionem, ut euitetur vinculum excommunicationis parentis.

- 6 Non obstat tex. in c. 1. de obseruatione ieiunij, vbi in dubio sumi debet interpretatio, quem esse irregularem, quia respondetur secundum Villagut in decis. 34. illud procedere in dubio, ac in foro animæ.

## RESOLVT. DCXI.

An Episcopus possit extinguere beneficium.

- 1 Pro opinione affirmatiua adducitur regula iuris, in 6. & tex. in l. nihil tam naturale ff. eod.  
2 Contrarium consuluit Auctor ex tribus, num. 3. 4. & 5.  
3 Episcopus non potest in quæstis præiudicare sue Ecclesie.  
4 Episcopus dicitur administrator rerum ecclesie, non dominus.  
5 Beneficia ecclesiastica, quo iure sunt instituta.  
6 Respondetur contrarijs.

**F**uit dubitatum, an Episcopus possit extinguere beneficium, siue eius redditus, & alicui pio loco applicare, dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua regula iuris desumpta ex cap. 1. de regulis iuris, vbi omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, & facit ad idem textus in l. nihil tam naturale, ff. eod. vnde cum beneficia ecclesiastica solent erigi Episcopis consentientibus, sequitur, quod per ipsorum contrarium consensum extingui possint.

- 2 Ceterum hoc non obstante contrarium resolui, scilicet non potuisse prælatum Episcopum aliqua beneficia suæ diocesis extinguere, & motus fui ex infra scriptis.  
3 Primo, quia Episcopus non potest in quæstis sue Ecclesie præiudicare, gl. & DD. in l. iubemus nullam C. de sacrosanct. eccles. & in regu. tex. in c. delictum personæ de reg. iur. in 6. plenè Canonistæ in cap. 1. de dol. & contumac. Ias. in l. seruus num. 2. C. de. . . licet in quærendis sit secus, vnde solus prælatus in recipiendo canonem ab emphyteuta, qui triennio cessauerat soluere, ex quo poterat expelli præiudicat ecclesie, & hoc ex illa eadem ratione, quia sumus in quærendis, ita tenet Cardinalis cap. potuit de locato, & ibi Innoc.  
4 Secundo, quia Episcopus dicitur administrator rerum ecclesie, & non dominus, c. fraternitatem, de donationib. vnde in cap. fin. 12. quæst. 1. & in cap. sine exceptione, 2. q. 2. & in c. cassellas, 10. q. 2. habetur prælatum dici tantum procuratorem ecclesie, & non Dominum, gl. in cit. c. fraternitatem, & procuratori non competere ius remittendi, seu extinguendi, probatur in l. si fraudatores, quæ in fraudem creditorum.  
5 Tum denique, quia beneficia ecclesiastica sunt instituta, & ordinata à iure positiuo, & non à iure diuino, vt probatur in cap. 1. iuncta gl. 1. 13. q. 1. & facit tex. in cap. pastoralis, de his quæ hunt à Prælat. vt probatur in cap. 2. de præben. lib. 6. & in cap. 1. vt lit. pend. vbi dicitur, quod Papa habet plenariam potestatem in beneficijs per tex. in cap. proposuit de concess. præben. Duenas in reg. 72.  
6 Non obstant cōtraria, quia sumus in diuersis terminis, præsertim vbi consensus esset substantialis ad rem gerendam, quia tunc per contrarium consensum dissoluitur, quod locum non habet in casu nostro, in quo cum sumus in spiritualibus, regula non procedit secundum gl. in cit. cap. 1.

## RESOLVT. DCXII.

Ingrediens Monasteria Monialium ob euentem necessitatem, an incidat in censuras.

- 1 Ingrediens monasteria Monialium ex aliqua causa euidenter necessaria non incidit in censuras, quod probatur n. 2. Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

3 Necessitas non habet legem.

4 Furans ex causa necessitatis non debet puniri pœna furti.

5 Propter necessitatem illicitum fit licitum.

**I**n casu mihi proposito respondi supradictum non incidisse in aliquam excommunicationem, neque in pœnas sacrarum Pontificum constitutionum, neque decretorum Congregationis Regularium ex eo, quia ingressus fuisset intra clausura dicti Monasterij ad effectum reponendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in tutiori loco, & ad alios effectus, præsertim extinguendi grauissimum incendium, quod erat intra dictum Monasterium, & motus fui ex infra scriptis.

2 Primo, quia semper excipitur casus necessitatis in Bulla Gregorij XIII. incip. vbi gratie in illis verbis. Ne Monasteria Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, nec Moniales sub eisdem panis illos aliter admittere præsumat, rãto magis quod præfata Constitutio inhæret Constitutioni sacri Conc. Trident. sess. 25. de regular. & monial. cap. 5. Inter casus vrgentes & vere necessitatis fuit saluare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & de hoc non est dubitandum.

- 3 Secundo, quia generale est in omni lege, vt necessitas excludatur, cum lex non sit de impossibili, & dici solet, quod necessitas non habet legem, l. 1. vbi notat ff. de off. consulis c. quanto de consecrat. cap. 2. de obseruat. ieiunij, & per consequens in nullâ inciderit pœnam, nam cum coactus fuerit ea necessitate, quæ est necessitas iuris cap. sciscitatus, & ibi DD. de rescript. ratione necessitatis iuris dispositio interdum suspenditur l. casus, & ibi Bal. C. de testam. Necessitas enim legi humane derogat, licet non possit derogare præcepto diuino c. ita nu. 32. quæst. 5. gl. in cap. sicut de consecrat. dist. 2. allegata à Paulo de Cittadinis in vers. quadragesimo octauo quæro num. 93. in tractatu de iur. patronatus, ex quo, & ad pernoctationem factam in domibus contigujs Monasteriorum interdictum per decretum Sacre Congreg. apparet responsum. Vnde Gallet. in sua Margarita Cal. consc. in ver. necessitas dicit, quod necessitate famis extrema vrgente, si dominus negat panem necessarium, licet accipere vi, & etiam cum morte illius, quia ad vsum panis alicui perinde habet ius, qui eiusmodi necessitate compellitur, ac si esset proprius Henriquez de bapt. lib. 2. cap. 23. lit. F. in gl. Quare dicitur in cap. si propter necessitatem de furtis, quod furtum committens propter necessitatem non punitur pœna furti, & ratio est secundum gl. ibi quoniam necessitatis tempore omnia sunt communia, c. 1. 44. dist. cap. 2. 12. quæst. 1. c. quod autem 23. quæst. 3. & cap. sicut 47. dist. & facit etiam tex. in cap. quod non est licitum, de reg. iur. vbi habetur, quod propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

## RESOLVT. DCXIII.

Doctrina Archidiaconi in cap. in memoriam 19. distinct. an recepta in Cur. Archiep.

- 1 Quid fuit decisum per Cur. Archiepisc. circa hunc articulum.  
2 Redditur ratio decisionis.

**S**uspicio sola falsi pro falsitate, & veritate habetur in crimine falsi, nisi suspicio ipsa veritatis demonstratione diluatur, l. iubemus, vbi DD. C. de probat. Bal. in l. si veritas C. de fideicom. Io. Andr. in c. licet de crim. falsi, Abb. in c. porrecta de confirm. vt il. & inutil. Alex. conf. 77. sub n. 6. vol. 1. Ias. conf. 168. n. 2. vol. 4. Curt. sen. conf. 73. sub num. 33. Curt. iun. conf. 132. n. 10. Dec.

Clerici simplicem fornicationem committentes, quando puniantur.

- 1 Clericus ob simplicem fornicationem non potest deponi.
- 2 Curia Archiepiscopalis circa infirmationem pena huiusmodi clericis fornicantibus.

1 **C**lericus ob fornicationem ab eo commissam hodie non est deponendus secundum gloss. in c. Maximianus 81. dist. & in c. lator 2. q. 7. Card. in cle. ad nostram, & in 2. q. de heret. Imol. in c. vt clericorum, de vit. & honest. cle. col. 2. & in c. si autem eo. tit. Abb. in c. fin. de purg. vul. Anania in c. significasti col. 2. de adult. Abb. & Fel. num. 8. cap. at si clerici, de iud. vbi profitentur istam esse communem opinionem, vt testatur etiam Corset. in sing. in ver. fornicatio Grillon. de penis omnifariam coitus illiciti q. 6. sub nu. 1. Sed huic communem contradicit Pau. de Eleazar cum multis alijs in cle. 1. de off. ord. asserens, quod clericus in Sac. ordinibus constitutus propter simplicem fornicationem deponi debeat, & possit, idemque tenet Butr. in d. cap. at si clerici, quorum sententia recitat esse communem Aret. in cap. cum non ab homine col. 10. de iudicij. Sed primam opinionem veriorum, & magis communem ex alijs Doctoribus id profitentibus refert Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 78. lit. A.

Et si fornicatio graue crimen sit in personis praesertim ecclesiasticis, vnde D. Hier. quem sequitur Sylua Nupt. lib. 1. num. 118. dicit, Ama igitur studia scilicet puritatis, & vitia carnis non amabis. Debet ergo quis in tentationibus luxuria positus ita carnem affligere, secundum Viuium opin. 98. num. 19. & 20. vt periculum non sequatur, & secundum eundem, nonnulla exempla adducuntur, nam S. Benedictus cum tentatus esset in solitudine, proiecit se nudum inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abstulit vulnus mentis. Vnde sic etiam egit S. Bernardus, dum tentatus, misit se in aquas gelidas, ad reprimendam huiusmodi tentationem. Ita similiter egit S. Franciscus tentatus, & cum disciplina chordae non sufficeret ad mortificationem tentationum, nudus stetit inter nives, formando de niue uxorem, & filios. Et ideo salubriter consuluit Apost. ad Ephel. 5. cum ait, Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, id est quaecumque alia species luxuriae non nominetur in vobis. Nec quidem immerito, quia tales sunt tanquam porci, vel iumenta putrescentia in faecibus suis. Vnde Gregor. lib. 24. moral. cap. 8. exponens illud Ioelis 1. Computruerunt iumenta in stercore suo, dicit, quod iumenta in stercore suo computrescere, est carnales homines in favore luxuriae suae vitam finire. Ecce quomodo abominatio fornicatorum magna est coram Deo, Angelis, & hominibus.

- 2 Vnde Curia Archiep. in clericis de supradicto crimine inquisitis varias solet infligere penas, nam quandoquidem illos condemnauit in exilium, quandoque inflixit eis penam suspensionis.

## RESOLVT. DCXV.

An Episcopus possit augere eleemosynam Missae.

- 1 Episcopus in Synodo non potest augere eleemosynam Missae, in contrarium est veritas, num. 2.
- 3 Eleemosyna pro missa celebranda non datur in pretium, vel mercedem.
- 4 Episcopus peccat, praecipiendo Sacerdotibus, vt non dicant missam gratis, si ipsi voluerint.

Tem-

10. Dec. conf. 189. Parif. conf. 12. num. 16. vol. 4. & confil. 88. vol. 3. & conf. 162. vol. 4. num. 34. Surd. conf. 132. contra fratres num. 6. Riminald. iun. conf. 27. num. 1. cum alijs sequent. vol. 1. vbi hoc late explicat, quod quidem habere locum etiam in ciuilibus dicit Crauet. conf. 809. num. 20. vol. 5.

1 Fuit tamen pluries resolutum in Cur. Archiep. praefatam conclusionem minime procedere in criminalibus, praesertim vbi ad puniendum aliquem de falso proceditur, quia tunc ad probationem falsitatis non sufficerent villo modo coniecturae, nec suspiciones, sed requirerentur probationes legitima, & quae de necessitate concluderent, & ista est communis opinio, vt efficax extat testimonium Soc. conf. 39. num. 44. vol. 3. & Boss. in sua practica in tit. de offic. corrupt. pecun. iniust. iud. num. 14. Decian. confil. 100. vol. 2. Fuit tamen dictum locum habere in ciuilibus, in quibus pro veritate habetur, vt determinauit Rota Romana, teste Caputaq. dec. 4. par. 2. idem Decian. conf. 117. num. 6. Clar. in pract. crim. §. falsum vers. trita est conclusio, Socin. iun. confil. 45. Riminald. iunior conf. 554. num. 10. vol. 5.

Hinc in ciuilibus sola vehemens suspicio sufficit ad effectum, vt scriptura non mereatur fidem, & consequenter non debeat mandari executioni, prout fuit dictum in Rot. Rom. in vna Perusina pecuniaria 28. Nouem. 1612. & in dec. 366. in recoll. per Farin. impres. post. 2. vol. conf. & ad tollendam fidem scripturae duae sufficiunt falsitatis praesumptiones, Aym. conf. 133. num. 39. & fuit dictum in Rota in vna Calertana beneficij 13. April. 1600. coram Corduba, vt patet in dec. 132. num. 3. in recoll. per eundem Farin. impres. post. 1. vol. confil.

Vt autem fidem tollant publicae scripturae, seu instrumento, debent esse perspicuae, & graues, Dec. conf. 101. Anchar. conf. 135. num. 3. Caputaq. dec. 3. num. 4. part. 2. & alias fuit dictum in Rota, vt probatur in dec. 45. num. 5. in fin. & dec. 70. num. 3. in recoll. per eundem Farin. impres. post. 1. vol. confil. quae decis. 70. in praesentiarum registrata reperitur in vol. dec. Illustris. Cardin. Mantica num. 79.

2 Cuius decisionis vera ratio est, secundum Bald. in rub. C. de probat. quia suspicio est modicae virtutis in iudicando, & decidendo, merito itaque determinatur in labentem, ff. de penis, quod quis ex suspicionibus condemnari non debet, praesertim in criminalibus, vt per Capyc. dec. 30. num. 4. & 7. quod licet suspicio falsitatis haberetur pro veritate, firmat tamen hoc non procedere, nisi tunc concurrat, interueniatque etiam aliqualis diffamatio, & Sac. Reg. Conf. ibi in casu occurrenti super falsitatis suspicionem noluit discurre super condemnatione ipsius criminis, ad quem deueniri non poterat de iure, sed solummodo super arrestatione, num ob suspensionem falsitatis inquisitus detineri in carceribus potuisset, & idem firmare Cyn. & alij vniuersaliter omnes in l. vbi C. de fals. Anania conf. 49. num. 2. Hinc est, quod probatio falsitatis non ex praesumptione debet concludere, sed de necessitate tali modo, vt res aliter se habere non possit, ita Gramm. conf. crim. 19. & conf. 33. Alex. conf. 117. nu. 14. vol. 1. itaque concludo, quod in causa falsitatis probationes sunt omnino necessariae, vt testatur Deci. conf. 173. in prin. cum in tali causa quis condemnari non debeat ex praesumptionibus, quia melius est nocentem absolueri, quam innocentem condemnare, labentem, ff. de penis, quae quidem communis opinio fulciri possit ea ratione, vt in dubio semper ea fiat interpretatio, ne falsitas commissa sit, ita Capol. confil. crim. 21. num. 18. Gram. decis. 26. num. 12. & Soc. iun. conf. 45. in prin. vol. 3. Caputaq. in cit. dec. 3. num. 1. & 5.

**T**empore, quo Illustriss. Cardinalis de Aquaviva Synodum Provinciale fecisset, fuit à me quaesitum, an posset augere elemosynam Missae, id est ponere hanc legem, ut pro celebratione Missae detur cuiuslibet Sacerdoti in elemosynam vnus tarenus, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, quia non potest esse, quin ex tali augmento elemosynae Missae magnum scandalum veniat populo Christiano exultanti in tali casu Missam pro pretio celebrari, vel quod Missa sit pretio aestimabilis, quando quidem eius elemosyna augetur, & ideo non debet augeri.

**C**aterum hoc non obstante, contrarium resolutum, scilicet, quod Episcopus in sua diocesi potest taxare elemosynam Missae, id est potest ponere hanc legem, ut pro celebratione Missae, detur Sacerdoti elemosyna vnus tarenus, id est potest ponere illud, quod illi videbitur esse iustum, motus, quod talis elemosyna non datur in pretium, vel in mercedem rei exhibitae, sed solum datur tanquam pium debitum per consuetudinem laudabilem, ad tex. in cap. ad Apostolicam de simonia. Bene tamen verum est, quod non potest Episcopus ponere aliquam excommunicationem, vel poenam contra Sacerdotes minorem elemosynam recipientes pro celebratione Missae, ea, quae sit ab ipso constituta, & similiter est aduertendum, quod Episcopus peccaret, si praecipiat Sacerdotibus, ut non dicant Missam gratis, si ipsi voluerint, & in tali casu non est obediendum, quia tollit officium liberalitatis, pietatis, & misericordiae Bartholomeus Angel. dialogo 5. §. 772. Sot. 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & dist. 25. q. 6. art. 4. & lib. 4. de iustitia q. 6. art. 1. & lib. 9. q. 2. art. 1. Medina in instr. Confess. lib. 1. cap. 14. §. 20. Siluest. verbo simonia §. 8. & §. 11. Henric. lib. 9. de sacrificio Missae cap. 22. §. 1.

## RESOLVT. DCXVI.

An Capitulum, Sede vacante, possit remittere temporum interstitia.

**Capitulum succedit Episcopo in omnibus, quae iurisdictionis sunt. Adducitur ad dubij resolutionem declaratio Sacrae Cong. num. 2.**

**C**vidam Vicario Capitulari hoc mihi petenti, respondi affirmatiue motus ex saepius adducta ratione, quod Capitulum succedit Episcopo in omnibus quae iurisdictionis sunt, ad gloss. communiter receptam in cap. cum olim in gloss. vltima de maior. & obed. gloss. in Clem. 1. in gloss. 1. ver. capituli prope fin. de hereticis, & ita in terminis fertur declarasse Sacram Congregationem per haec verba, videlicet; facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem ex causis comprehensis in cap. 11. 13. & 14. sess. 23. de ref. transire in vicarium Capituli, Sede vacante.

## RESOLVT. DCXVII.

Petens gratiam à Principe pro voluntario homicidio praetento, an censeatur fateri delictum, ita ut absolui nequeat ab irregularitate ex vi Conc. Trident.

**Facti species.**

**Confessio in supplicatione facta praedictat confitenti.**

**Petens absolutionem excommunicationis, dicitur tacite confiteri se excommunicatum.**

**Petens gratiam, censeatur fateri delictum.**

**Decisio questionis.**

**Respondetur contrariis.**

**I**nquirebantur tres iuvenes de homicidio, cum qualitate assassinij in personas duarum puellarum virginum ab eisdem stupratarum, quod delictum contra praefatos non verificabatur, nisi per dictum mandatarij, cuius assertio, secundum communem DD. sententiam, de qua per Gram. in consil. 21. nullam probationem inducit, & cum per spatium 12. annorum timore Curiae, abfuisent ab eorum patria, tandem fuit porrecta supplicatio Principi pro gratia obtinenda, cum clausula de praetento delicto, quare cum alter ipsorum vellet ad Ordines promoueri, fuit ei oppositum de irregularitate supradicta, unde consultus respondi ex infrascriptis.

**D**ubium mihi facere primo, quia ubi in supplicatione, seu petitione gratiae narratur tale factum, ex quo delictum resultat, tunc enim confessio in supplicatione facta confitenti praedictat, & ex ea probatur delictum, 1. cum precum ubi Bald. & Salic. C. de liberali causa cum alijs congestis per Gabriel. lib. 1. comm. conclus. de confessis, concl. 4. Crauet. conf. 80. num. 6. Capha. conf. 304. num. 206. quae opinio potissimum procederet, ubi gratiae petitio fuisset in actis producta, Lapus alleg. 119. num. 3. Affl. in dec. 25. in fin. & tenuit Rota in vna Casaraugustana status coram. Gipsio.

**S**ecundo, arguendo à simili, quia petens absolutionem ab excommunicatione, dicitur tacite fateri se esse excommunicatum, gloss. in cap. venerabilem, super verb. postulauit, & ibi Host. extra de elect. Inn. in cap. per tuas de sent. excom. Rimi. sen. conf. 289. num. 41. & seq. vol. 2. Alba. conf. 34. num. 5. Mascari. lib. 1. concl. 13. num. 1. & seq. Milis in repert. ver. excommunicatio probatur Io. de Ami. conf. 18. num. 1. post Specu. in tit. de prob. §. nunc videndum vers. sed nunquid probatur.

**T**ertio, quia communis est opinio in cap. exhibita de homic. quod petens gratiam censeatur fateri delictum, quam opinionem referunt, & sequuntur Carr. in pract. crim. tract. de indicij cap. 31. num. 3. Bonaccol. alios referens lib. commun. opin. ver. veniam petens.

**C**eterum supradictis minime refragantibus, contrarium dixi, quod talis gratiam petendo non censeatur fateri delictum, ex doctrina Rom. in l. 1. §. nunciatio, num. 4. ver. circa primum, & ibidem Alex. num. 7. ver. & qui petit veniam ff. de noui oper. nunc. Alex. in cons. 70. num. 10. ver. nec etiam obstat, vol. 1. Fel. in c. literis, num. 19. ver. adde tamen, quod petens veniam de praesumpt. Guid. Pap. q. 495. incip. Ille, qui se, Bosfius in tit. de remed. ex sola clementia Principis, num. 29. ver. & an qui petit gratiam, Menoch. de arb. q. 8. num. 37. quos omnes referendo sequitur Masc. post haec scripta visus de prob. lib. 1. concl. 50. num. 1. & est gl. in cap. exhibita in ver. veniam de homic. quae quidem gl. licet ad id communiter a DD. allegetur, id tamen ad quod allegatur, secundum aliquos, minime probat, quia, ut inter alios considerauit Couar. in relect. ad cap. alma mater, part. 1. §. 12. num. 1. ver. quicquid autem sit in hac controuersia, loquitur in petente veniam ad cautelam, quo quidem casu manifestum est, supplicantem ad cautelam, non fateri delictum.

**N**on obstant contraria, praesertim illud de petitione absolutionis ab excommunicatione, quia magis communis opinio est in contrarium, Franc. in cap. pia §. si quis igitur col. fin. de except. in 6. Card. in reper. c. perpendimus col. fin. de sent. excom. idem Franc. in c. licet col. pen. vers. 2. aduerte de sent. excom. in 6. Spec. in tit. de prob. §. fin. vers. sed nunquid, Dec. in cap. in presentia in 11. notab. de prob. & in cons. 321. in causa, quae Alexandriae agitur, Masc. conclus. 13. num. 4. & seq. lib. 1. & latius concl. 700. num. 1. & seq. lib. 2.

RE-

## RESOLVT. DCXVIII.

An Episcopus teneatur visitationem infra certum tempus concludere.

- 1 Episcopus tenetur infra certum tempus visitationem finire.
- 2 Contrarium tenet Pialeg. in sua prax.

1 **V**idebatur prima facie, quod sic arguendo à simili de Archidiacono visitante, cui ab Episcopo terminus præfigi potest, quemadmodum comitatus in visitatione tenendus, vt patet ex voto Sac. Cong. cuius tenor est. *An Episcopus possit præstituer terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit ecclesiis, quas visitauerit, Congregatio censuit posse.*

2 Ceterum in Episcopo hoc non procedere, testatur Pialeg. in sua prax. Episc. p. 2. cap. 3. in prin. cuius verba hæc sunt, Non tamen præcisè intra hoc tempus tenetur expedire visitationem suam, sed relictum ex arbitrio ipsius, moderatè tamè, super quo legitur rescriptum Sac. Cõg. in hæc verba. *Dubitanit Episcopus Astoricens. an teneretur suam visitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, iuxta latitudinem suæ diocesis, Congregatio censuit. Concilium nullum tempus ad hoc præscripsisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum.*

## RESOLVT. DCXIX.

Fœtus animatus, vt procedat Bulla Sixti V. contra facientes abortum, & Greg. XIV. quando dicatur.

- 1 Anima infra quod tempus infunditur in corpore.
- 2 Anima non infunditur, nisi formato corpore.
- 3 Vbi dubitatur an sit masculus, vel femina, præsumitur fœtus animatus elapsis quadraginta diebus.

1 **A**nima infunditur in corpore infra quadraginta dies, ita Bar. communiter receptus ab omnibus in l. Diuus ff. de extraordin. crim. & Canon. in c. si aliquis extra de homicid. & sic fœtus animatus, quidem dicitur si masculus sit, die quadagesimo à conceptione, si autem femineus die octuagesimo ab ipso conceptu, & per gloss. in cle. 1. in ver. simul. de summa Trin. & in c. sicut de homic. & DD. vnanimi consensu omnes in l. qui in vtero ff. de statu hom. Attamen anima ipsa non infunditur in cõceptione, sed post, ita Io. de Grass. in cap. vnum orarium §. nomine, n. 9. dist. 25. Plin. verò lib. 7. c. 6. naturalis historia testatur reliquit, partum animatum esse nonagesimo die à die conceptionis in femina, & quadagesimo in masculo, & Menoch. quoque de arbit. iud. casu 357. n. 3. lib. 2. cent. 4. Sed quicquid Plinius ipse suadeat, non aliter recedendum à communi opinione recitata, quam mediante experientia, tanquam rerum magistra, semper reperi verissimam.

Vnde anima duertèdum, quod anima non extra ducitur, neque cum femine infunditur, & consequenter anima non infunditur, nisi formato corpore, cap. quod vero 32. q. 2. cum organizato corpore actione parentum, Deus animam infundit in corpore ipso, & infundendo creat, & quidem in corpore maris post dies quadraginta à prima conceptione, in corpore verò femellæ per octuaginta, teste Sybilla in spec. peregr. q. cap. 1. q. 5. primæ decad. & ratio diuersitatis hæc est, secundum Plin. & Domin. Thol. post Philosophos super Leuit. cap. 12. nam masculinus fœtus concipitur ex femine calido in dextera parte matricis, quæ calida extat, fœtus nempe femineus ex femine frigido in sinistra parte matricis, frigidum tardum est, & pigrum in operatione sua, calidum verò velox, ideoque virtus for-

matina in vno semine, velocius, & citius membra organizat, & format, quam in alio. Et hinc est, quod creatio corporis, & membrorum est propter animam teste Arist. lib. 1. 1. de animalibus.

3 Et si an dubitatur an masculus sit, vel femina, præsumendum est esse animatum post quadraginta dies, Nauarr. in manuali Confess. c. 15. nu. 14. quia in dubio tutior pars est eligenda, & est communis opinio, quam sequitur sacra Pœnitentiaria, vt testatur Nauar. conf. 22. de homicid. in antiq. & in conf. 26. in nouis, non tamen est irregularis consulens abortum ei, quæ dubitat esse prægnantem, si non apparet de abortu, vt per eundem in conf. seq. d. tit.

## RESOLVT. DCXX.

Plura beneficia simplicia, seu Cappellania an possint vniri per Episcopum.

- 1 Facti species.
- 2 In beneficiorum vnione facienda per Ordinarium, quæ causa requirantur.
- 3 Vnio facta per Ordinarium absque causa, est ipso iure nulla, num. 4.
- 4 Vnio Apostolica ex falsa causa facta est nulla.
- 5 Vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam.
- 6 Vnio an sit facienda, vel ne relinquatur arbitrio Episcopi.
- 7 Verbum potest, importat voluntatem.
- 8 Quid sit capitulum noluit consentire vnioni.
- 9 Episcopus potest ex legitimis causis beneficia suæ diocesis non exempta vnire. Limita, num. 10.
- 10 Decisio questionis.

1 **E**xat Cappella in maior i Ecclesia sub inuocatione Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Sufannæ de familia Dominorum de Carbonibus, quibus successerunt Domini de Braccia, in qua à sunt quatuordecim Cappellani, quorum vnus redditus sunt ducatorum sex, cum onere celebrandi Missam in qualibet hebdomada, alterius ducatorum septem, alterius octo cum eodem onere, & alterius ducatorum duodecim, cum onere Missarum duarum in qualibet hebdomada.

Fuit petitum per dictos Dominos Patronos Illustrissimo Ordinario, quod fieret vnio dictarum Cappellaniarum sub forma tradita, & infimul onera prædicta reducerentur, seruata forma vltimæ Synodi per Illustriss. quondam Cardinalem de Aquaiua, olim Archiepiscopum Neapolitanum, quare fuit dubitatum, an præfata vnio fieri potuisset per dictum Illustriss. Dominum Ordinarium, & hoc ex pluribus.

2 Tū primo, quia causa, ex quibus ab Ordinariis debet fieri vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euentem necessitatem, vel vtilitatem, quæ in vnione, de qua agitur concurrunt cap. exposuisti de præben. vbi DD. Oldrad. in conf. 261. & seq. Rebuff. tit. de vnionib. n. 38. in prax. benefic. & in repetit. cap. extirpanda, §. qui vero 3. not. vers. 2. possetis querere de præb. Duar. super Mandos. tit. de vnionib. & in reg. 22. q. 4. num. 4. Lancellor. in instit. Canon. tit. de vnionib. §. 3. Hoied. p. 2. c. 3. & n. 8. in tract. in benef. incompatib. & plures adducuntur causæ à Caccialup. art. 5. & à Petr. de Petr. tit. de vnionib. cap. 3. & de reuocatione vni. cap. 1. & aliquas ponit Fuscus lib. 2. de visitat. cap. 26. Greg. de benef. cap. 20. num. 14.

3 Et vnio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata iuris forma est ipso iure nulla, ex d. c. exposuisti, vbi Abb. & Imol. Oldrad. d. conf. 261. & seq. Bursat. conf. 185. nu. 13. lib. 2. qui ait, quod vnio beneficiorum, vt valeat manifesta ecclesiæ vtilitas, necessitasq; requiritur causæ cognitio, ac omnium, quorum interest citatio, & Rota dec. 133. n. 3. part. 2. diuers.

4 Quicquid in vnione facta ex falsa causa dicat Rot. decif.

decif. 1. de excess. Præl. in nouis, & 2. 8. & 12. de reb. eccl. in antiq. & secunda eodem in antiquioribus. Agid. dec. 617. seu 618. ad fin. Cassad. dec. 1. de vnionib. Boer. dec. 345. num. 1. Rebuff. in praxi d. reg. de vnionib. gl. 5. & 9. Feret. conf. 236. num. 4. Malcar. de probat. conclus. 1419.

5 Et etiam vnio Apostolica facta ex falsa causa est nulla, Agid. & Cassad. vbi proxime Felyn. in cap. postulasti, num. 3. de rescript. Rebuff. d. gl. 5. & 9. Etiam si facta sit motu proprio, Card. confil. 96. Felyn. in c. ad aures de rescript. num. 9. vers. & pulchre, & in cap. causam de test. num. 3. Mandos. reg. 22. q. 2. num. 3.

6 Tum secundo, quia vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam, Abb. in cap. sicut vnire, num. 6. de excessib. præl. & practicabilia Rotæ cap. de vnione num. 3. & cum causa, præsertim necessitatis tenetur Episcopus vnionem facere, & si recusaret, posset adiri superior, vt per Rebuff. d. tit. de vnione num. 42. & Pet. de Perus. cap. 3. & 10. in quo tamen cap. 10. nihil dicit, voluit allegare cap. 11. 3. quæst. vbi tamen potius dicit contrarium, nam ait quod d. cap. exposuisti, dicit, quod Episcopus potest id, discretione præuia, & sic videtur relinqui arbitrio Episcopi, verbum enim, potest, importat voluntatem, & non necessitatem, &c. & per Mandos. reg. 12. q. 6. num. 4.

8 Et similiter si Capitulum nollit consentire, recurrendum est ad Bonif. in clem. si vna num. 20. de reb. eccl. non alien. & posset compelli, si iusta causa subesset, & in terminis Concil. Trident. cap. 15. sess. 24. de reform. super illis verbis. *liceat Episcopis*, sic censuit Sac. Congregat. Ergo potest, sed non tenetur, vnde metropolitanus non potest supplere in hoc.

9 Tum tandem, quia Episcopus ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diocesis non exempta, cap. sicut venire de excess. præl. vbi sic dicitur, sicut vnire Episcopatus, atq; potestati subijcere aliena ad Sûm Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ diocesis vnio, & subiectio earundem d. cap. exposuisti de præben. vbi Panorm. & alij c. consultationib. c. pastoralis de don. cle. si vna de reb. eccl. & clem. 1. §. ad hæc, de statu mon. Lanc. §. non tamen in inst. can. tit. de vnion. Fusc. de visit. lib. 2. c. 2. n. 19. Nau. conf. 9. n. 1. de offic. ord. & 20. de præb. & 15. n. 1. de reb. eccl. practicabilia Rotæ d. c. de vnione an. 10. Rot. dec. 133. n. 5. p. 2. diu. & dec. 1. & 2. de offi. leg. in nou.

10 Non tamen poterit Episcopus vnire omnia beneficia suæ diocesis. Oldrad. conf. 262. n. 2. & Sac. Cong. Conc. super c. 18. sess. 23. de reform. sic censuit; Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniatur Seminario, sed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt alias decreuit præfata Congregatio, quamuis possint plures Ecclesiæ, seu beneficia vni vniri, Caccialup. art. 4. q. 12.

11 Quicquid tamen sit ex supradictis, hodie in præsentia q. est in praxi respondendum iuxta expressam dispositionem Conc. Trid. sess. 21. c. 5. vbi tantummodo permittitur Episcopis facere vniones de beneficijs simplicibus, vel curatis, cum alijs curatis, ex quo arguendū videtur, non posse fieri supradictam vnionem de simplicibus cum simplicibus.

## RESOLVT. DCXXI.

Si testator legauerit certum numerum Missarum qualibet hebdomada, & quod eius hæredes teneantur soluere elemosynam conuenientem, an intelligatur de elemosyna congrua tempore testamenti, an tempore celebrationis Missarum.

- 1 Regulariter tempus testamenti attenditur.
- 2 Respondetur decif. Perus. 61. par. 2.

## 3 Deciso questionis.

- 4 Adducuntur ad corroboracionem decisionis tres rationes, & num. 5. & 6.

Cum supradictus casus occurrisset in facto, dubitationem mihi faciebat pro opinione, quod attendi deberet testamenti tempus, regula iuris, quæ se vult in dubio, verba testatoris referri ad tempus testamenti, l. si ita, ff. de auro, & arg. leg. Bald. in conf. 91. num. 6. vol. 1. Soc. in conf. 99. volum. 3. vnde Alex. in conf. 19. vol. 1. dicit, quod mens, & testatoris verba semper in casu dubio recipiunt interpretationem à testamento, quod menti tenendum, & singulare pro interpetrandis testamentum voluntatibus scripsit Mantica lib. 3. de coniect. vltim. vol. tit. 11. & ad hoc ponderatur tex. in l. qui tibi ff. de auro, & arg. vbi verba futuri temporis, prout fuerunt in calu, de quo verba facimus, ibi, *che se paghi elemosina*, restringuntur ad tempus mortis, & sic testamenti: urgebat pro eiusdem opinionis fundamento text. in l. medico ff. cod. tit. vbi habetur, quod oratio indefinita prolata à testatore, intelligitur ad præsens tempus.

2 Non obstat decif. Perus. Ioseph. Ludou. 61. part. 2. volens tempus testamenti non esse attendendum, quia respondetur ipsam loqui in diuersis terminis, puta, quando legatum est factum coniunctæ personæ, quo casu inspicitur tempus mortis, Bald. in l. si cognatis col. 1. ff. de reb. dub. & ibidem Soc. in 5. not. Bero. conf. 44. num. 22. vol. 2.

3 Carterum supradictis minimè refragantibus in supradicta questione contrarium fuit resolutum, nam fuit dictum esse soluendam elemosynam habita consideratione ad tempus, quo Missæ celebrantur, & nullo modo inspicitur tempus testamenti, cuius decisionis viua ratio fuit.

4 Prima, quia verba testatoris generaliter prolata, ibi, *che se paghi elemosina conueniente per tante Messe*, referuntur ad omnes, & ad omne tempus, l. si ita, ff. de leg. 3. Bald. in conf. 21. num. 6. vol. 1. Alciat. conf. 16. n. 4. & seq. Ripa in respons. 90. num. 7. vol. 1. quare cum dictus testator generaliter fuerit loquutus, propterea eius dispositio recte refertur ad tempus celebrationis.

5 Secunda, quia in fauorem religionis, & piæ causæ semper intelligitur, quod est maius, l. Titia §. fin. ff. ad aur. & arg. leg. 1. sunt personæ, ff. de relig. & sumptib. fun. latè Bart. in l. 1. in 3. col. C. de sacrosanct. eccl. Bal. & reliqui in auth. similiter, C. ad leg. Falcid.

6 Tertia, quia verba testatoris regulariter sunt intelligenda, ita quod non sit in constructione peccatum, l. Plantius, ff. de auro, & arg. leg. Ex quibus omnibus concluditur, quod licet valor elemosynæ solutionis Missarum creuerit, hæredes compellendi sunt illum soluere.

## RESOLVT. DCXXII.

Sequestrium fieri nequit, nisi constet per instrumentum publicum de debito principali.

- 1 In dubio non est incipiendum à sequestratione.
- 2 Petens sequestrationem debet probare creditum suum per publicum instrumentum, & ita fuit decifum in Cur. Archiep. & debet notum facere iudici periculum aliquod subesse, num. 5.
- 3 Debito principali non probato, captura denegatur. Contrarium tenet Io. de Plat. num. 4.

Cum in dubio non debeamus incipere à sequestratione Bal. conf. 22. nu. 5. & seq. vol. 1. Alex. conf. 60. num. 6. vol. 2. & fuerit tex. in l. vnica, C. de sequestratione pecuniæ, & propterea fuit dictum in Cur. Archiep. petentem sequestrationem probare oportere debi-

debitum suum per publicum instrumentum, ita tenuit Bart. per illum tex. in l. per hanc C. de erog. militar. anno. lib. 12. & in l. litibus C. de agric. & censib. lib. 10. quem sequutus est Matthesi. in tract. de carcere, ubi pro hoc dicit, quod si non potest sequestrari res, nisi publico instrumento de debito doceatur, multo minus poterit concedi captura, quem refert Ias. in l. si fideius. for. §. si satisfidatum ff. qui satisfid. cog. Corfct. in sing. §. sequestrum.

4 Sed contra hanc Bar. opinionem tenuit Io. de Platea in d. l. per hanc C. de erog. mil. anno. lib. 12. Abb. in cap. 2. num. 28. de sequest. possess. & fructuum, ubi confutata opinione Bar. dicit, quod sufficit, quod iudex pramittat aliquam cognitionem causa super debito, cuius occasione sequestrum fieri petitur, eidem sententia videtur accedere, Bal. in l. 1. C. de prohib. sequestr. pec. ubi dicit, quod ad effectum obtinendae sequestrationis, sufficit summaria, vel semiplena probatio, idem voluerunt Io. de Imol. & Ang. de Aret. in l. Imperatores §. fin. ff. de appell. Ias. in d. l. si fideius. for. §. si satisfidatum, num. 13. & ibidem Alex. num. 8. ff. qui satisfid. cog.

5 Secundo, sequestrationem petens, debet notum, facere iudici periculum aliquod subesse, vel ne res consumatur, vel debitor efficiatur non soluendo, aut huiusmodi aliquam probabilem causam subesse ex dictis per Abb. & Ias. loc. cit.

#### RESOLVT. DCXXIII.

Pœna inflicta per extrauag. cum detestabile de simonia, locum habet in simonia commissa in ordine, & beneficio.

- 1 Simoniacus in quibus casibus incurrit in excommunicationem.
- 2 Emens Vicariatum, vel aliquam spirituales administrationem non contrahit simoniam aptam ad incurrendum in excommunicationem.
- 3 Simoniacus in ordine incurrit excommunicationem, & suspensionem perpetuam. Et quid si sit simoniacus in beneficio, num. 4.
- 5 Pœna prædicta excommunicationis an procedat contra promouentes simoniace ad ordines.
- 6 Quid in ministris Episcopi aliquid recipientibus pro collatione ordinum.

- 1 **N**vllus simoniacus præterquam in ordine, & beneficio incurrit excommunicationem, vel suspensionem contentam in dicta extrauag. Pauli Secundi de simonia, quam declarant Nauarr. in manuali confess. cap. 27. sub num. 106. & cap. 23. sub. n. 104. vers. tum denique per Paris. in conf. 29. num. 12. & infra vol. 4. per addentes ad Diaz in pract. crim. can. cap. 91. & latè per Io. Gutierrez lib. 1. can. q. c. 9.
- 2 Ex quo infero primo, quod emens, vel conducens Vicariatum, seu aliquam iurisdictionem, spirituales Episcopi, Parochi, seu alterius beneficiarii, licet committat simoniam punibilem à iudice, non istam, que trahit secum excommunicationem, & inhabilitatem, similiter neque emens pensionem, cum hæc non possunt dici propriè beneficia, Nauarr. in manual. c. 23. sub num. 111. Lopez ad Diaz. d. cap. 91. lit. D. vers. 4.
- 3 Infero secundo, quod simoniacus in ordine incurrit & excommunicationem, & suspensionem perpetuam, & intantum quidem, quod amittit non solum executionem suscepti ordinis, sed etiam aliorum, ante susceptorum, ut notat Diaz in praxi d. cap. 91.
- 4 Infero tertio, quod simoniacus item in beneficio intantum non acquirit ius in tali beneficio, quod etià in foro conscientia, licet non præcesserit sententia declaratoria, tenetur ad dimissionem ipsius beneficii,

& fructuum perceptorum restitutionem, Tolet. in sum. lib. 5. cap. 93. Rodriguez in summa cap. 58. Vgolin. in tract. de simon. tabula 4. cap. 6. §. 1. & Penitentiarius ipsum absolueri non potest, ut patet ex verbis extrauag. Pij IV. editæ ad reformandum officium penitentiaria incip. in sublimi &c. caueat autem penitentiarius ne in absolutionibus à simonia reali, vel conuentionali etiam occultæ vnquam concedat, ut ipsi simoniaci, beneficia, super quibus simoniam commiserunt, seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post commissam simoniam perceptos intoto, vel in parte retinere possint; Quinimo, & absolutionibus huiusmodi apponatur clausula, quod uterque ad beneficium, super quo fuit commissæ simonia, perpetuo inhabilis existat. Hactenus verba Pij IV.

- 5 Infero quarto Xistum V. alias addidisse pœnas contra promouentes, & promotos ad ordines simoniace etiam in prima tonsura, ut in eius constitutione contra clericos male promotos Quar. sum. Bullar. ver. simonia, quid autem de eo, qui dat pecunias mediator, ut sibi impetret dimissorias, seu reuerendas ad ordines suscipiendos, quas per pecuniam mediator impetrauit, an comprehendatur in dispositione d. extrauag. Pauli II. disputat, & resoluit Nauarr. in conf. 58. de simon. in antiq. & contra prauas consuetudines recipiendi à prouisis de beneficijs, vide Conc. Trid. sess. 24. cap. 14. de ref. generali.
- 6 Item contra dantes, & recipientes, etiam Episcopi ministros pro collatione ordinum, vide idem Conc. sess. 21. cap. 1. de ref. ex quo text. notat Tolet. quem refert Quar. loco cit. ex eo, quod Conc. generalissime loquatur, periculum esse, etiam candelas accipere. Et tandem contra examinatos deputatos pro eligendis ad gubernandas ecclesias parochiales aliquid accipientes, decernit Conc. Trid. sess. 24. de ref. gen. cap. 18. §. caueantque &c.

#### RESOLVT. DCXXIV.

Religionem ingrediens, non potest renunciare beneficio, nisi ante duos menses professionis, & de consensu Superiorum.

- 1 Conc. Trid. quid disponat circa beneficia ingredientium religionem.
- 2 Ordinatus ad titulum beneficii, illud resignare non potest nisi aliunde habeat unde commode vivere possit, & illa in resignatione mentio fiat, quod ad illius beneficii titulum fuerit promotus.

**R**espondi in facto mihi proposito non posse renunciari beneficium intra annum probationis, nisi ante duos menses professionis, & de consensu superiorum, nec potest nihilominus Episcopus illud alteri conferre, nisi facta professione, ne contingat postea, si professionem emittere nollit, vel ad illam forte non admitteretur, carere, & monachatu, & beneficio, ita firmat Flam. Paris. q. 13. num. 4. 5. & 7. lib. 3. ex dispositione Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. ubi dicit sic censuisse sapius Sacram Cong. scilicet præfatum cap. Concilij habere locum etiam in renuntiatione beneficii, & Episcopum illud non posse conferre, nisi post factam professionem, & ita tenet Maiol. de regul. lib. 3. cap. 6. col. 2. & præsertim prædicta procedunt quando clericus fuerit ordinatus ad titulum eiusdem beneficii, cum propterea illud resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, & tunc resignatio tantum admittitur, quatenus habeat aliunde, unde commode vivere possit, prout quotidie seruat Curia ex dispositione eiusdem Concilij c. 2. sess. 21. de ref.

RE.

## RESOLVT. DCXXV.

An clericus obtinens beneficium simplex, si per longum tempus abfuerit à diceceſi, & nulla ipſius habeatur notitia, poſſit priuari dicto beneficio.

- 1 *Facti ſpecies.*
- 2 *Clerici ſimplicia beneficia obtinentes, non tenentes ad reſidentiam.*
- 3 *Tex. in cap. cum ad hoc de cler. non reſid. de quibus beneficijs loquatur.*
- 4 *Deciſio quaſtionis.*
- 5 *Euagatio de iure canonico eſt prohibita.*
- 6 *Reſpondetur contrarijs.*

- 1 **C**um in viſitatione cuiuſdam eccleſiæ Neapolis compertum eſſet in quadam cappella adeſſe beneficium, & facta inquiſitione, num dictus beneficiatus eſſet præſens, vel eius procurator, fuit viſitatoribus relatum, quod à decem annis circa illuc abfuerit, nec aliquo modo viſus fuerat, nec habita notitia de ipſo, quare fuit dubitatum num dictus beneficiatus poſſet priuari, & ratio dubitandi pro opinione negatiua, erat quia, vt ſupra dixi, non poteſt Episcopus cogere clericum non obtinentem beneficium curatum, non exire à diceceſi, allegauit Hartam. in conf. 91. num. 5. & ſeq. Item quia hodie ex generali conſuetudine, totius orbis beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam, Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò nu. 31. eodem cum alijs notatis per Mandof. in regula 1. quaſt. 13. num. 8. Ceſar de Graſſis dec. 3. num. 3. de præb. & beneficium præſumitur ſimplex Bellam. in dec. 66. & fuit deciſum in Rota in vna Calaguritana congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, vt patet in deciſ. 17. par. 1. diuerſ. & iterum per eandem in vna nullius beneficij 28. Maij 1604. coram Ludouifio, vt patet in recollected per Farinac. in deciſ. 12. & ideo cum in dubio potius præſumatur beneficium eſſe ſimplex, aſſerenti eſſe beneficium curatum incumbet onus probandi eſſe tale, Staphil. de litteris gratiæ tit. de quali. & ſtat. benefi. §. vt ſciri poſſit in princ. Gutierrez alleg. 8. num. 5. Gonzalez ad regul. de menſibus gl. 6. num. 9. vbi in fine teſtatur ita reſolutum in Rota in vna Pampilonen. prioratus 21. Iunii 1599. coram Pamphilio. Tandem pro hac eadem opinione dicebatur, quod tex. in cap. cum ad hoc de cler. non reſid. dixit, quod beneficia eccleſiaſtica, quæ requirunt reſidentiam obtinentes ad reſidendum cogi poſſunt, ſecus ſi eſſent ſimplicia.
- 4 Caterum ſupradictis minimè refragantibus, contrarium fuit reſolutum, & deciſum in Curia Archiepiſcopali, & propriè in Congregatione viſitationis, nam fuit dictum, quod citetur ſupradictus beneficiatus per edictum ad exhibendum bullas, & ſcripturas opportunas ſatisfactionis Miſſarum, & cum infra tempus non comparuiſſet, fuit priuatus beneficio, & alteri fuit collatum.
- 5 De qua quidem deciſione mirandum non eſt, ſiquidem euagatio eſt à ſacris canonibus interdicta, cap. fin. & ibi Boic. num. 5. de cler. non reſid. Henric. conf. 22. num. 5. & ſeq. Albanus conf. 93. num. 4. euagare enim delictum eſt, ſecundum Burſ. conf. 397. num. 20. Vnde non obſtant contraria, quia procedunt, & locum ſibi vendicant, quando beneficia ſimplicia obtinentes, non citantur ab eorum Ordinarijs ad exhibendum ſcripturas ſatisfactionis Miſſarum, prout hic.

## RESOLVT. DCXXVI.

Beneficiatus aſſerens ſeciſſe publicationem reſignationis beneficij, onus probandi, quod non fecit, incumbit Episcopo.

- 1 *Episcopo incumbit onus probandi publicationes beneficiorum reſignatorum non eſſe factas.*
- 2 *Ex trienniali poſſeſſione præſumitur publicatio reſignationis.*

**C**um in viſitatione cuiuſdè Episcopi fuiſſet poſtulationis ſuæ Parochiæ, ex quo illam obtinuſſet ex cauſa d. reſignationis, in qua iuxta Bullas diuerſorum Summorum Pontificum, præſertim Gregorij XIII. exigitur de ſubſtantia dicta publicatio, & hoc ad prohibendum ſimulatas, occultasue beneficiorum reſignationes, quare cum idem Parochus firmiter aſſerebat ſeciſſe publicationem, vnde fuit dubitatum cui incumbat onus probandi illam non fuiſſe factam, & reſpondi præſatum onus incumbere Episcopo, motus ex deciſ. Romana coram Giſpio, cuius tenor eſt. Præſuppoſito, quod contra poſſeſſorem nulla alia exceptio allegatur, niſi quod non conſtat de publicatione beneficij reſignati, crederem agenti incumbere onus probandi non publicationem, ſiquidem negatiua ab eo probari debet, qui in ea ſe fundat, l. in illa, vbi Bart. & alij de verb. obl. cum concor. & quod agens tenetur contra poſſeſſorem probare veram vacationem eſt deciſ. Ptolom. 303. eoque magis cum ſit probata nedum triennialis poſſeſſio, ſed decennialis, quo fit, vt ſit locus allegationi Lap. 89. quâ Rota meo tempore pluries ſequuta eſt, dummodo non ſimus in ſpolio, & ſignantur in vna Caſarauguſtana parochialis coram D. Oriolenſi 9. Nouemb. 1583. vbi quod de trienniali poſſeſſione præſumitur publicatio reſignationis, idem tenuerunt Domini de eodem anno 5. Nouemb. in vna Cremonenſi penſionis coram bon. mem. Lauretano. Hæc deciſio non loquitur de Episcopo, ſed de alio, qui prætenderet, non eſſe factam publicationem, & in dubio præſumitur pro, Episcopo contra impetrantem, quam deciſionem reperies inter recollected per Farinac. in nouiter nouiſ. & eſt dec. 671.

## RESOLVT. DCXXVII.

Diſpoſitionem text. in cap. ad Apoſtolicam de regular. eſſe correctam per Conc. Trid. clariffimè obtenditur.

- 1 *Cap. ad Apoſtolicam de regularib. diſpoſitio abrogata eſt.*
- 2 *Diſpoſitio Conc. Trid. circa hunc articulum.*
- 3 *Diſpoſitio ſac. Conc. Trid. non comprehendit Societatem Jeſu.*
- 4 *Conc. Trid. non comprehendit Fratres tertij Ordinis.*
- 5 *Fratres tertij ordinis non dicuntur propriè religioſi, & quare.*
- 6 *Equites S. Stephani non comprehenduntur ſub diſpoſitione d. Conc.*

**A** Brogata eſt conſtitutio illa cap. ad Apoſtolicam de regularibus, admittens profeſſionem volentis eam emittere intra annum probationis, porro Concilium non indixit poenam aliquam contra Prælatum admittentem aliquem ad profeſſionem ante ipſum annum: ſed ſolummodo profeſſionem illam nullam eſſe ſtatuit, & propterea fruſtra hodie dubitatur, quæ poena ſit illa, de qua in d. cap. ad Apoſtolicam, quam ibi gloſ. & Butrius in fine arbitrariam eſſe dixerunt.

- 2 Patet hoc ex verbis Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 15. ibi,

15. ibi, *Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem ante facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulam, vel religionis, vel ordinis observationem, aut alios quoscumque effectus.*

- 3 Quod quidem caput Sac. Conc. non comprehendit Societatem Iesu, quam voluit posse vivere, & serui. re Deo, & eius Ecclesie iuxta eius institutum, & regulam, quam recenlet, & declarat Ludouicus Molina Iesuita in tract. de iustitia, disp. 139. col. 1. & 2. Neque comprehendit Fratres tertij ordinis, vt in specie Conc. ipsum Trident. sic declarat Rota Romana in dec. 591. num. 7. in 1. par. diuersi. in nouissime editis. Non enim (inquit Rota) dicuntur propriè religiosi, cum uxorem ducant, & alia vota non emittant, sicut ex sacris Theologis tradunt D. Thomas in 2. 2. q. 86. art. 4. in fine, Clauas. in summa in verbo religiosus, n. 5. & Perier. in summa in verbo etiam religiosus. Sic & iuris Pontificij interpretes Imola, Zabarella, & Vitalinus in clem. 1. de relig. domib. & in clement. ex eo de sent. excom. Bald. in conf. 272. lib. 1. Ang. in conf. 218. Gemin. in conf. 41. col. 2. Calder. in consil. 7. in tit. de iud. & cons. 4. de regul. Rom. in conf. 267. n. 4.
- 6 Paris. in conf. 40. num. 14. lib. 3. Neque pariter continet Equites Sancti Stephani, vt in specie ex pluribus decidit Rota in d. dec. 591. & accedit Afflict. in cap. 1. §. qui clericus, n. 9. si de seu. sit controu. inter. dom. & agn.

#### RESOLVT. DCXXVIII.

Beneficium Curatum quando dicatur, vt in simplex conuerti non possit per Episcopum, ex vi Conc. Tridentini.

- 1 Quenam sit differentia inter Parochialem Ecclesiam, & Curatam.
- 2 Cura tribus modis contingere potest.
- 3 Aedificium non habet faciem Ecclesie, sed Oratorij.
- 4 Illud beneficium dicitur curatum, quod fuerit erectum, vt curatum.

**C**oncilium Triden. sess. 25. cap. 16. de reformat. statuit, vt ecclesiastica beneficia secularia quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum institutione, aut aliter quomodoque retinent, illa deinceps in simplex beneficium non conuertantur. Quare fuit mihi quaesitum à quodam Episcopo, qui optabat quoddam beneficium, quod prætendebatur esse Curatum in simplex conuerti, quando dicatur beneficium curatum quoad hunc effectum. Cui respondi primo, quod quando ecclesia à primæua sua institutione fuit erecta curata, ex varietate facti non potest immutari: & si sit immutata debet reduci ad suam primæuam institutionem, Card. in clem. 1. q. 21. vers. ego autem tenui, de officio Vicar. quem allegat Mancos. in reg. de idiomate. q. 11. num. 3.

- 1 Dico secundo, quod Parochialis Ecclesia differt à curata, & ideo non tenet consequentia, est curata, ergo Parochialis, vt bene declarat Hoieda de benef. incompatibili, cap. 13. num. 2. quem sequitur Marefcott. lib. 2. var. resolut. cap. 95. sub num. 7. quia potest esse beneficium curatum absque eo, quod sit Ecclesia parochialis exemplificando, vt per Gonzalez ad reg. de alternatiua glōf. 6. num. 92.
- 2 Dico tandem, quod cura tripliciter contingere potest, Primo, habitu tantum, & fit quando à prima institutione beneficium sit erectum, vt curatum, sed actu non fuit cura exercitata, vel etiam si quandoque cura fuisset exercitata, sed aliquo euentu desie-

rit esse, actu etiam dicitur sine habitu, quando à principio cura non fuerit annexa, sed aliqua causa cura fuerit in exercitio: habitu, & actu, quando à sua institutione cura fuit adiecta, & obseruata, sicut notant Canonistæ in cap. de multa de præbend. Sed casus iste versatur circa curam habitu tantum, etiam si in prædicta institutione appareret de cura, cum in exercitio nunquam fuerit, neque Rectores fuerint aliquo tempore residentes. Immo residere non potuissent, cum nulla in loco adfuit habitatio pro Rectore: sed neque pro colonis: & ædificium non habet faciem Ecclesie, sed Oratorij. Super quo casu Card. in consil. 48. ad fin. dicit: quod beneficium illud dicitur curatum, quod fuerit erectum vt curatum, & cum potestate fori poenitentialis; licet actu non exerceatur, & aliud tenuit Federic. de Sen. in consil. 135. ad fin. quod scilicet beneficium, quod olim fuerat Curatum, si hodie non sit, quia actu cura non exerceatur, non dicitur Curatum, quoad penas in d. cap. de multa, & extrauag. execrabilis §. qui verò, de præb. contentas Praet. Cancell. titul. notab. super vacan. non referu. vers. Curata Ecclesia cum sequenti, fol. mihi 108. & quod rector parochialis destitute seu habitu, & non actu non videatur habere beneficium curatum, sed tantum simplex est glōf. communiter recepta in cap. licet canon. ver. Parochialis de elect. in 6. & Abbas pariter communiter receptus in præalleg. cap. de multa idque in praxi vbique seruari affirmat Nauar. in consil. 3. num. 2. de maior. & obed. quas opiūones Staphil. de grat. expect. §. sciri, n. 22. conciliat. vt opinio Cardinalis habeat locum, vt scilicet in impetratione beneficij sit facienda mentio Curæ, quamuis non exerceatur, & dictum Federic. procedat, vt beneficium, quod in actu non exercetur, vt Curatum, non sit incompatible cum alio requirente residentiam, & sequitur approbando dictum, num. 42. 43. & 44. sed an beneficium dicatur curatum, quando non habet curam perpetuam, sed ad certum tempus, veluti, si esset præpositura, cuius præpositus sede vacante gerit vicem Episcopi in temporalibus, & spiritualibus, in quo pars negatiua tenenda, est ex Doctoribus allegatis per Gonzalez in cit. gl. 6. num. 39.

#### RESOLVT. DCXXIX.

Text. in l. emptor, C. locati, an locum habeat in clerico conductore.

- 1 Dispositio text. in l. emptor. C. locati, procedit tam in laico, quam in clerico.

**R**espondi in facti contingentia huius text. dispositionem, qua cauetur Dominum, seu singularem successorem non teneri stare colono, procedere tam in laico, quam in clerico afflictatoribus, motus tum ex generalitate d. l. quem quidem argumentandi modum validum esse in iure ostendit Rimin. d. iun. in cons. 90. n. 6. & seq. volum. 1. quem refert, & sequitur Burlat. cons. 16. num. 4. vol. 1. tum denique, vt seruetur equalitas inter vtrumque genus personarum ex notatis per de Franch. in dec. 185.

#### RESOLVT. DCXXX.

Excommunicato an possit concedi absolutio cum reincidentia vsquequo Romam perueniat, pro absolutione obtinenda.

- 1 Absolutio cum reincidentia quando concedatur.

Cum

**C**um à Curia Archiepiscopo. fuisset quidam declaratus excommunicatus ob violentam manus iniectionem in clericum, propter quam ei esset necessarium Romam adire pro obtinenda absolutione, iuxta terminos capit. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. ipso instante, ex quo erat impeditus, & humiliter petente, fuit ei impartita absolutio, cum reincidentia, ut eousque intelligatur absolutus donec Romam perveniat, & hoc per text. & quod ibi notatur in cap. eos de sent. excom. in 6.

## RESOLVT. DCXXXI.

An Rector, seu Beneficiatus Ecclesiæ maioris matricis loci, præcedat Canonicos Ecclesiæ Parochialis noniter in collegiatam erectam.

- 1 Nomen matricis pluribus ecclesijs competere potest.
- 2 Quæ sint iura matricitatis.
- 3 Canonici collegiatæ præcedunt Rectorem maioris matricis dum singulariter incedunt.
- 4 Rector maioris matricis in actibus publicis ad modum Capituli cum Clero incedens, præcedit Canonicos particularis Ecclesiæ Collegiatæ.
- 5 Iura matricitatis digniora iuribus Collegiatæ.
- 6 Ecclesiæ maior matricis vice cathedralis subrogatur, ubi deest de Sedes Episcopi.
- 7 Collegiatæ præcedit Parochialem simplicem, & plebanum.
- 8 Plebanus caput Ecclesiæ extra civitatem erectæ.
- 9 In legalibus vox unius parum æstimatur.

**N**on multum temporis præterit, ex quo proposita coram me fuit præsens dubitatio de præcedentia inter Rectorem, seu Beneficiatum maioris matricis Ecclesiæ loci & Canonicos Capituli, seu Collegij noniter erecti in Ecclesiâ Parochiali particulari eiusdem loci, ad quam resoluendam mihi hæc tanquam necessaria videntur breviter præponi debere.

- 1 Primo circa titulum. Hoc nomen (matrix) cum sit æquiuocum, pluribus ecclesijs competere potest, ut omnibus in iure peritis clarum est: competit primo Ecclesiæ Cathedrali magis propriè, prout habetur in c. venerabili, de verb. signif. Secundo propriè competit Ecclesiæ maiori matrici loci, quæ vice Cathedralis, ubi deest sedes Episcopi, subrogatur, ut per Sayr. de cens. eccles. libro 3. c. 33. n. 46. Lap. alleg. 15. incipien. Idem est dicere. Tertio simpliciter Parochiali, & hoc impropiè, largissime sumptum, respectu regenerationis à fonte baptismali, ut communiter censetur. In titulo dubitationis usurpamus nomen (matrix) prout in secunda acceptione usurpatur, scilicet pro illa Ecclesiâ maiori loci, quæ vicem Cathedralis gerit, ut infra clarius.

Secundo nota ad erectionem Collegiatæ duo præcipuè requiri, Auctoritatem erigentis, & Præbendas seu portiones fructuum Canonicorum, de iure enim Canonicus sine præbenda, non potest dici Canonicus.

Ad constitutionem verò Ecclesiæ maioris matricis loci, de qua nos loquimur, sequentia, vel ipsorum principaliora requiruntur, quæ à Canonicis iura matricitatis seu tanquam Cathedralia solent appellari, quorū aliqua recenset Illustriss. Seraphinus in vna Burgen. præminentiarum 22. Maij 1570. dec. 105. vol. 1. Iura hæc sunt, delatio duarū Crucium, ubi consuetudo vigerit, vel unius cū præcedetia supra alias Publicatio Bullæ Cruciatæ, ubi fuerit concessio ipsius aliarum Indulgentiarum, Iubilæi, & similium, Edictorum Ordinarij loci, Administratio munerum Rectoris sine alterius licetia licet hoc mihi videatur commune etiam omnibus Rectoribus Ecclesiarum Parochialium nulli annexarū, & gangiarum. Orationes in Ecclesiâ vniuersaliter solite fieri, ut sunt, meo iudicio, primæ Rogationum, & diei S. Marci, & festiuitatis sanctissimi Sacramenti, li-

Aloyf. Ricc. Praxis. Pars I.

cer in istis seruanda consuetudo. Prima visitatio, & possessio Episcopi, Prima pulsatio campanarum, Præcedetia Rectoris supra totum Clerum, Prima vox ipsius in synodalibus, Vniuersalis lætitia ortus, & funeralia mortis Regum, Prælatorum, & magnorum Principū, hæc omnia, vel ipsorum principaliora constituunt matricitatem maioris Ecclesiæ, ut inuenti planum est.

Hic præhabitis, dubitationi duplici conclusione satisfaciam.

- 3 Prima conclusio. Si loquimur de præcedentia singulari, s. dum singulariter, & priuatè incedunt Rector maioris, & aliquis Canonicus particularis Collegiatæ, tunc necessario præcedere debet Canonicus. Ratio, quia habet singularem personam digniorem in illo actu particulari, in quo Rector maioris non representat suam Ecclesiam, sed tantum suam singularem personam. Hæc conclusio euidenter colligitur ex Nauar. consil. 4. de maioritat. & obediens. ex Sayr. decif. 4. eod. titul.
- 4 Secunda conclusio si loquimur de præcedentia personali non singulariter, & priuatè, sed in actibus publicis, ut quando Rector maioris matricis ad modum Capituli cum toto Clero incedit representans suam sponsam Ecclesiam, ut in processionibus publicis vniuersalibus loci, & alijs actibus dignis, tunc ipse Rector maioris est preferendus Capitulo, seu Collegio in particulari parochiali Ecclesiâ noniter erecto. Colligitur ex pluribus infra dicendis.
- 5 Primo, quia iura matricitatis maioris digniora sunt iuribus Collegiatæ, ergo Rector maioris, cui ipsa competunt, preferendus est Collegio, cui desunt ipsa iura digniora: quod iura matricitatis sint digniora, collige ex aurea decif. 105. Illustriss. Seraphini in vna Burgen. Præminet. anno 1570. supra allegata, ubi habetur, conclusum fuisse in hac materia pro Collegiatâ, quia potentiora iura matricitatis habeat, quam alia Ecclesiâ, & sic perspecta fuerunt ipsa iura matricitatis tanquam digniora, & non iura collegiatæ.
- Secundo est alia Rot. Rom. in proprijs terminis dec. 12. 43. lib. 3. part. 3. diuersi. ubi expressè decretum fuit, ea quæ à Capitulo maiore, s. ab Ecclesiâ maiore matrice loci, eiusque Rectore, tanquam iura cathedralia habentur ex longa consuetudine, non tolli per vnâ ex inferioribus ecclesijs in collegiatam erectam. Rector enim maioris matricis, dum in processionibus, seu alijs actibus dignis representans suam Ecclesiam, incedit quasi caput vniuersi Cleri loci, constituit Capitulum, cuius membra sunt Presbyteri, & clerici loci, & ipse caput, & consequenter per dec. Rom. allegatam, iura, quæ habet ex longa consuetudine, ut sunt maximè præcedetia, & prælatio in omnibus actibus publicis, non tolluntur ex erectione parochialis particularis in collegiatâ. Quod ista iura dicantur tanquam cathedralia, absurdum est negare, cum ipsa maior matrix sit subrogata tanquam Cathedralis, seu vice Cathedralis, ubi non adest, ut per Sayr. ubi supra, & consequenter eius Rector personam Episcopi, & Summi Pastoris in talibus representat, cui debetur dignior prælatio.
- Tertio, quia dum Pontifex, seu Episcopus erigit Parochialem particularem in Collegiatam (quod rarius euenit, sæper enim maior matrix loci ad digniora erigitur) maximè erigit pro diuinis laudibus à Canonicis in sua particulari Ecclesiâ, tanquam in sua domo persoluendis digniori modo, quam ante erectionem, & non intèdit præiudicare iuribus, & dignitatibus maioris, quæ vicem Cathedralis gerit in illo loco, nam illa sa remanere debent, alias semper esset variata mutatio iurium cathedralium in Ecclesiâ Dei, secundum diuersas erectiones diuersarum Ecclesiarum ad varias dignitates erigi possibilem, & sic nullus daretur status, qui maximè ad perfectionem pertinet, quod valde incongruum.

Adde, quod licet Ecclesiâ particularis erigatur in

Bb

Col-

Collegiatam, tamen semper remanet particularis, vt erat ante erectionem, & ideo eius dignitas non extenditur nisi inter proprios limites sue Ecclesie, & nō per totum locum, seu ciuitatem, quis enim posset dicere absurdum, & inconueniens non esse, personam aliquā digniorem Collegij Ecclesie Parochialis particularis, vt est Primicerius, seu alius, iurisdictionem, & potestatem habere supra totum Clerum, cum ad hoc sua dignitas non extendatur, cum ergo sua iurdictio, & potestas sit tantum in Ecclesia propria, nullo pacto præiudicat iuribus maioris matricis loci, cuiusque Rectoris, cuius iurdictio, & potestas extenditur per totum locum, & supra totum Clerum, cum sit caput Primæ, & dignioris Ecclesie.

Quarto cōcludendum puto, vt supra, ex iurisdictione, quam habet ipsa maior supra alias Ecclesias, præcipue cum sit norma caremoniandi, & officandi alijs Ecclesijs, præsertim tempore interdicti, vt in Clement. & varijs bullis Apostolicis, quæ iurdictio arguit maiorem dignitatem.

Vltimo (& hæc ratio in subiecta materia, in qua Doctores in puncto non inueniuntur, multū valet) in Cōcil. Trident. expressè supra Parochialem tantum attendas præcedentiam Collegiatæ, ex ipso ordine litteræ, & non supra maiorem, vt in cap. statuit 25. sess. & in c. in pluribus 24. sess. sub decret. de reformat. & in cap. 3. in cap. Episcopi 22. sess. sub decret. de reformat. quibus locis expressè Collegiata præponitur Parochiali tantum.

Nec dicas, immediatè post Cathedralē, sequitur Collegiata, ergo dignior matrice, quia sub vocabulo Cathedralis comprehenditur illa Ecclesia, quæ ipsius vices gerit, & hæc est maior matrix loci.

Collige ex his Collegiatam præcedere Parochialem simplicem, vt decidit Hieron. de Lauren. dec. Auenion. 12. & per Seraph. Illustriss. in dec. 22. & in collect. meis n. 1068. part. 4. Gratian. tom. 3. disceptat. forens. cap. 458. num. 8. & seq. & ultra præcedere plebanum, seu ruralem Archipresbyterum, qui est caput Ecclesie in locis, seu territorijs extra ciuitatē erectis, Abb. conf. 58. num. 2. vers. tertius, lib. 2.

Tandem aduertas, non recedendum à mea secunda cōclusionē, per illa verba in dec. 1457. Illustriss. Seraph. vbi dici videtur, Collegiatā consequi maiorem dignitatem supra maiorem, quia vel ibi nō loquitur de præcedentia, de qua loquitur in cōclusionē, sed de persona si singulari, vel extra locum, & ciuitatem: nam si esset sermo in terminis nostris, manifesta esset contradictio in suis decisionibus, præcipue cum dec. 105. quam in prima ratione allegauit, vbi ipse præponit iura matricitatis iuribus Collegiatæ, & concludit pro Collegiata, quia potiora iura matricitatis habebat, & sic ratio formalis prælationis Collegiatæ fuit ob vires iurium matricitatis, & non alia ratione. Vel si loquitur in proprijs terminis de præcedentia, de qua nos loquimur, quia solus loquitur, & in legalibus vox vnius parum estimatur, nō est attendenda sua sententia, & Doctores ab eo citati, vt Aym. probant consequentiam tantum, non autē in puncto loquuntur, sed ipse solus supponit maiorem dignitatē Collegiatæ supra maiorem, quod nos negamus, vt ex adductis est videre.

Ad illa verba (si vna Ecclesia erigatur in Episcopatum, debetur ei locus Episcopalis) dico reducendo ad nostrum casum, quod de congruo, & conuenienti, semper si in aliquo loco erigeretur Episcopatus, deberet aggregari ipsa Episcopalis dignitas Ecclesie maiori matrici tanquam capiti omnium Ecclesiarum illius loci, & non inferiori, ita consuetudo, & vsus seruauit, vt expertis in Romana Curia clarū est: si autē (quod rarissime) inferior erigatur ad aliquam dignitatem, semper intelligitur absq; læsione iurium matricis maioris. Ita in hac materia præcedentiæ dicendum puto, de quo scilicet, quando erectio in ecclesiam col-

legiatam præiudicat iuribus, & præhementijs prius competentibus ecclesie matrici, & quid si in bulla erectionis addit clausula sine alterius præiudicio: & de effectu ex illa resultante tradit nouissime Gratian. lib. 3. forens. disceptat. c. 578.

## RESOLVT. DCXXXII.

Mobilia pretiosa an possint alienari absq; assensu Apostolico, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem ecclesie.

- 1 Prohibitio alienandi bona ecclesie, inconsulto Romano Pontifice, extenditur quoque ad mobilia pretiosa.
- 2 Contrarium deciditur, quia ex hac alienatione nullum in extraneam personam transfertur dominium, cum remaneant ipsa apud ecclesiam.

Inter Canonicos cuiusdam ecclesie Metropolitanae dubitabatur an potuissent de iure lampades argenteas, ceteraque mobilia pretiosa, quæ superflua erant pro ornatu dictæ Ecclesie alienare, vt illorum pretiū conuerteretur in necessariam fabricam, cui quæsito dubium mihi faciebat regula generalis desumpta ex extrauag. ambitiosa, de rebus Ecclesie nō alienandis, quæ est, vt prohibitio alienandi bona Ecclesie inconsulto Romano Pontifice, extēdatur quoque ad mobilia pretiosa, vt per Rodoan. in suo tractat. de reb. eccl. non alienand. q. 13. num. 8. Vgol. de potestate Episcopi cap. 14. §. 4. Quaranta verbo alienatio n. 24. cum illa æquiparetur immobilibus per dictam extrauagatē, & probatur quoque in l. sancimus, C. de sacrosanct. eccl. & in l. lex, quæ tutores C. de administratione tutorum, & per Panormitanum in c. nulli de rebus Eccl. non alienandis.

Caterum supradictis minimè refragantibus, cōtrarium dixi, motus, quod ex hac alienatione nullum dominium in extraneam personam transferatur, cum remaneant apud eandem Ecclesiam, & per dictam extrauag. illa tantū alienatio prohibetur, per quam quæuis species dominijs transfertur, iuxta terminos l. fin. C. de reb. alienis nō alienand. & in l. alienatum ff. de verb. signifi. & secundum Quarant. cit. loco n. 15. ampliatur procedere in omni cōtractu, per quem transfertur dominium directum, vel vtile etiam in permutatione, c. nulli, de rebus eccl. alien. cap. 2. vbi Abb. de rer. permut. c. sine exceptione 12. q. 2. vbi Rebuff. n. 66. tenet procedere etiam quando ecclesie inuicem permutant, Rodoan. q. 2. c. 20. & quæst. 12. n. 28. permutatio enim alienatio est Ias. in l. fin. n. 101. C. de iure emphyt. Rodoan. q. 2. cap. 4. Ita vidi praticari, & expediri Breuia Apostolica etiam inter ecclesias permutantes, si in euidentem vtilitatem vtriusque partis cesserint, quamuis ante hanc extrauag. iusticiebat consensus Episcopi in ecclesijs sibi subiectis, c. 1. & c. vt super §. fin. de rebus eccl. alien. iste est vnus de casibus à iure permissis: nempe permutatio requirens solemnitates, etiam si fiat permutatio cum Principe, secundum Inn. & Abb. in c. 1. de rer. permut.

Tandem supradictis addebatur text. in l. sancimus, C. de sacrosanct. eccl. vbi facilis est alienatio, quam de ecclesia haberet mobilia superflua in casibus, ibi expressis, & ita saluo iudicio rectius sentientis.

## RESOLVT. DCXXXIII.

Quindennium quando debeatur domino directo.

- 1 Quindennium quando sit soluendum directo domino.
- 2 Emphyteusis nō potest transferri in ecclesiam, vniuersitatē, vel manus mortuas, licet non proveniat ex culpa ipsorum, sed quia deterior efficeretur conditio Domini.

3 Tunc

3 Tunc debet solui quindennium, quando emphyteusis peruenit in manus mortuas.

1 Cvm fuisset per Sac. Conf. quidam cōdemnatus ad vendendam domum, quam in emphyteusim tenebat pro ampliatione cuiusdam ecclesie, cumq; com. paruisset procurator mensa cuiusdā ecclesie Archiepiscopalis dominæ directæ, instando, ac petendo sibi deberi quindennium ex dicta alienatione, quare fuit dubitatum, quid iuris. Pro cuius articuli dilucidatione supponebam pro absoluto conclusionem illam, si emphyteusim prohibitam esse transire ad ecclesiam, secundum Speculatorem in tit. de locato, §. nunc, & aliqua, n. 143. Iaf. in l. fin. n. 91. C. de iure emphyt. & in conf. 25. n. 6. vol. . . . . post Alex. conf. 9. n. 5. lib. 3. & conf. 76. n. 5. lib. 7. & Bald. conf. 80. n. 4. & seq. & late de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensib. §. 8. n. 8. Ratio enim secundum præcitatos, est duplex. Prima, quia non esset spes, quod res possit redire ad dominū per mortem, cum ecclesie non moriantur, cap. si gratiosè, de rescriptis. in 6. Secunda, quia dominus directus multum grauaretur, & fraudaretur iure suo, nam cum ecclesia non possit alienare, & licet possit, non tamen de facili, ut potest priuatus, quia requiritur, quod subsit causa, & quod interuenerint solemnitates, &c. Vnde non sic facilius dominus reciperet laudemium, sicut quando emphyteusis transfertur in priuatum, & secundum Bald. in decif. 60. hæc conclusio ampliatur procedere etiam quando emphyteusis transfertur in collegium, corpus, siue vniuersitatem, quia dicitur transire ad manus mortuas, & propterea dominus directus dicitur defraudatus, quia res de facili non incidit in commissum, & consequenter cessat spes caducitatis, & propterea fuit decifum in Sac. Conf. Neapolit. teste de Franch. in dec. 659. quod si venditio rei emphyteuticæ fuerit facta ciuitati, tenetur ciuitas propter laudemiam, & alia iura directo domino competentia, ponere illam extra manus ipsius ciuitatis, & dicit Iaf. loco cit. quod ecclesia teneatur vendere intra annum, allegat text. in c. longinquitate 12. quæst. 2. licet supradicti concludant valere legatum rei feudalis, vel emphyteusis in fauorem communitatis, vel ecclesie, quantum ad hoc ut recipiant rei æstimationem ut refert, & sequitur in materia feudali Ioannes Rayn. in reper. c. Imper. in §. habito igitur, num. 36. ibi pone quod, & in feudo, refert illum etiam Curtius in 4. part. tract. feud. n. 126. vers. quinto videtur limitanda, & idē Iacob. in eod. tract. de feud. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo, vers. iuxta prædicta quero.

2 Quamuis, quod emphyteusis non possit transferri in ecclesiam, vniuersitatem, vel manus mortuas, non protineat ex culpa ipsorum, sed quia deterior efficeretur conditio domini, ut tenet Card. in c. potuit, & ibi Imola 17. col. de locat. Bald. conf. 17. & in c. 1. in 4. col. de alien. feud. Ex quibus omnibus respondi propterea

3 debere solui quindennium, quando emphyteusis perueniat ad manus mortuas, & quādo emphyteusis priuata transiens ad ecclesiam sortiatur naturam rei Ecclesiasticæ, declarat. Marefcot. lib. 1. variar. resolut. cap. 77.

## RESOLVT. DCXXXIV.

Quomodo procedendum sit contra Canonicum obtinentem canonicatum simplicem carentem præbenda, si non residet.

- 1 Resolutio Conc. Trid. super proposito articulo.
- 2 Si ignoretur vbi nam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit infra sex menses, si verò sciatur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars I.

1 Huiusmodi difficultas videtur posse resolui ex decreto Concilij Trid. sess. 24. de refo. c. 12. vers. præterea, scilicet, quod si obtinentes Canonicatus contingat abesse ultra tres menses, anno quolibet, primo anno vnusquisque priuetur dimidia parte fructuum, & si iterum vnus fuerit eadem negligentia, priuetur omnib. fructibus, quos eodē anno lucratus est, crescente verò contumacia contra eos procedatur iuxta sacrorum canonum dispositionem, quam doctrinam refert, & declarat Pfafeg. p. 2. c. 3. n. 11. in prax. Episc.

Sed alia ex parte dicendum est, in Canonico simplici non procedere dictam dispositionem, nam nullos percipit fructus, prout in casu proposito præsupponitur, & sic elusoria esset dispositio Sac. Conc. si procedendum esset contra dictum Canonicum, iuxta prædictam formam, & quamuis, quando Canonicatus non habent præbendam, distributiones succedant loco fructuum, tamen cum dictæ distributiones amittantur ob non residentiam, iuxta cap. 1. de cler. non residen. in 6. nulla opus est sententia priuationis ipsarum, quibus ipso facto non residens priuatus existit.

2 Quare secunda erit dispositio cap. ex tuæ, de cler. non resid. scilicet si ignoretur vbi nam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit per sex menses: si verò sciatur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum, & ad priuationem debet excommunicari, vel suspendi, prout etiam declarat Abb. d. cap. ex tuæ, nam cum hic casus sit omisus a Conc. Trid. remanet in dispositione iuris communis, vulgaris iuribus.

## RESOLVT. DCXXXV.

An reconductio possit probari per testes.

- 1 Relocatio non potest probari per testes, sed tantum per scripturam.
- 2 Contraria est opinio Cur. Archiep.
- 3 Ornatur text. in l. Ne cui C. locati.

1 Conductor domus, finito tempore conductionis, opponere reconductionem contra dominum, qui illum requirebat, ut dictam domum adueniente tempore vacuam relaxaret, instando sibi concedi terminum ad probandum: Dominus verò dicebat, nullatenus esse concedendum terminum super reconductione, quia debet probari tantum per scripturam: fuit dubitatum in Archiep. Curia Neap. quid iuris, & pro parte domini domus allegabatur in terminis Dominus de Franc. dec. 278. vbi refert fuisse resolutū, relocationem non posse probari per testes, sed tantum per scripturam, & hoc ad euitandum fraudes conductorum, qui conuentiones allegare solent per tex. in l. ne cui, C. de loc. & cōduct. asserendo idē tenuisse Boer. dec. 107.

2 Sed his non obstantibus, in dicta Archiep. Curia fuit decifum contrarium, & fuit datus terminus in causa, & admissa probatio per testes, cum eandem vim habeant testimonii depositiones, & instrumenta, l. in exercendis, C. de fid. instru. Mynsing. in cent. 4. obseru. 23. Nec obstat tex. in d. l. ne cui, quia nō loquitur in casu nostro, sed de pactis specialibus, quæ in locationib. interuenire possunt, ut nō possint probari, nisi per scripturam, scilicet pactum, ut non liceat domū alijs locare, de nec ipse conductam habere vellet, & tantū dare, quantum alij, vel similia, ut ibi declarat gl. in verb. pacta, prout etiam loquitur d. decifio Boer. secus autē in casu nostro, vbi tractatur de reconductione, quæ non reperitur aliquo iure prohibitum, quin probari possit per testes, & quæ prohibita non reperiuntur, censentur permissa, vulgaris &c. & ita fuit decifum in d. Archiep. Curia in causa Domini Pauli Caiata; prout etiam fuit decifum in Sacro Conf. Neap. de anno 1615. in causa

Bb 2 Do-

Domini Caesarei de Mari, fratris Domini Stephani de Mari, mei Concanonici, & Coniudicis, viri quidē omni virtutum genere ornatissimi, cū Domino Camillo Lamberto in banca de Scacciauento contra decisio- nem dicti Domini de Franch, qui salua pace tāti viri, in hoc errauit, non bene applicando intellectum d. l. ne cui, C. de loc. & cond. Quae decisio fuit reputata sin- gularis ob nonnullas Scribentium auctoritates in cō- trarium praesertim Mangrelle ad Bart. in l. item quaeritur §. qui impleto ff. locati, de Ponte in cons. 23, vbi dicit reconductionem, non apparente scriptura, fuisse per S. C. reiectam, & eiusdem opinionis fuit Marta in dec. 35. n. 15. & in dec. 140. n. 7. Gam. in dec. Lusit. 57. Thel. iun. in addit. ad dec. sui genitoris 260. Chartar. in dec. 115. Costa de retrotract. f. 36. num. 9.

## RESOLVT. DCXXXVI.

Alienatio pro ampliacione ecclesiae, an dicatur ex causa necessaria, ita vt pro ea non de- beatur laudemium.

- 1 Laudemium non debetur pro alienatione necessaria.
- 2 Causa voluntaria est omnis illa, quae habet originem à vo- luntate principaliter.

**S** Vpposita conclusione, quod laudemium non debe- tur pro alienatione necessaria, vt communiter DD. omnes in l. fin. & praecipue Iaf. n. 47. & 48. C. de iure emphyt. Brunus cons. 44. Aymon. cons. 215. & in cōsil. pro genero n. 290. Bartol. & Alberic. in l. & ideo ff. de cōdit. furt. per text. in l. Caesar ff. de public. & in l. nauig- gia, C. de furt. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. glof. 1. n. 4. & in §. 1. glof. 14. num. 18. & seq. & praecipue n. 109. & Anna fing. 575. & hoc omnes admittunt, Surd. dec. 305. num. 28. & seq. Molfes. ad consuet. Neap. part. 3. q. 1. n. 50. cum alijs quos probat Thel. dec. 139. & Ca- stil. dec. 21. fuit mihi quaesitum an venditio pro ampli- anda ecclesia dicatur ex causa necessaria, ita vt pro ea non debeat laudemium, cui respondi affirmatiue ex infra dicendis.

Tum primo, quia iura cogunt hoc facere, ad text. in quis sepulchrum de relig. & sumpt. funer. latē Gram. dec. 74. cum alijs, quos probat Gasp. Thel. in dec. 64. igitur ex causa necessaria.

**T**um secundo quia causa voluntaria est omnis quae habet originem à voluntate principaliter, causa verò necessaria est omnis illa, quae non habet originem à voluntate principaliter, sed ex dispositione legis, statu- ti, vel consuetudinis: exempli gratia, ad aliquid, quod statuto praecipitur teneretur quis videlicet, vt certam bonorū suorum partem suis consanguineis relinque- ret, vel aliquid simile, vt ex doctrina Bart. communi- ter recepta in l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam, & alijs probat idem Surd. dec. 170. praecipue n. 12. nam in hoc parificantur statutum, consuetudo, & lex, vt num. 11. probat. Vnde cum lex cogat venditorem ad vendendū pro amplianda ecclesia, igitur omnino fatendum est, supradictam alienationem ex supradicta causa esse, necessariam, ita Bursi. consil. 64. num. 29. & seq. Vrsil. dec. 191. Surd. dec. 305. n. 28. & seq.

Si verò esset causa, quae originē haberet à volunta- te principaliter, non facit alienationem vnde, sique legitimam, & consequenter esset alienatio volunta- ria, non autem necessaria: exemplum ponit Molfes. loco cit. de eo, qui voluntariē delinquit, quia volunta- riē se obligat ad panam, iuxta text. in l. Imperatores, ff. de iure fisci, ibi, Tu te ipsi poenae subdidisti, tamen, alienatio bonorum, quae fieret ex causa delicti, quam- uis fieret auctoritate Iudicis, voluntaria diceretur, ita Bald. consil. 20. vol. 2. post Tiraq. & alios Surd. in. dec. 254. num. 28. & seq.

## RESOLVT. DCXXXVII.

An Episcopus cogi possit ad praestandum consensum donationi iurispatronatus.

- 1 Iurispatronatus consentiente episcopo donari potest.
- 2 Donatio iurispatron. ab episcopo non confirmante est nul- la, etiam si à Vicario fuerit confirmata, sed currit praescri- ptio.
- 3 Iurispatron. laico donari potest assensu ordinarij interue- niente, & solemnitatibus in alienatione rei ecclesiae requisitis.
- 4 Iurispatr. consentiente capitulo sede vacante donari potest, & quare.
- 5 Praesentatio in iurepat. facta à donatario ante assensu epi- scopi in donatione praestitum, est nulla.
- 6 Episcopus ad praestandum consensum donationi iurispatr. per Metropolitanum cogi potest.

**N** On dubitatur quod iurispatronatus possit donari consentiente Episcopo c. ex insinuatione, vbi glof. Io. Andreas, & Abbas de iurepatr. Anchar. in c. illud eod. tit. Bero. consil. 21. num. 25. volum. 1. Gemin. consil. 45. hinc est quod donatio iurispatr. ab Episcopo non confirmata non valet, vt tenuit Rota in vna Sa- lamantina beneficij 9. Iunij 1589. coram. Illustrissimo Seraphino, vt patet in dec. eiusdem 884. Mohedanus dec. 3. de iurepatr. Achill. de Grassis dec. 10. eod. tit. Caputaquen. in dec. 183. par. 1. in quo casu non sufficit auctoritas Vicarij secundum Calderinum in. consil. 1. de officio Vicarij, licet praestet titulum ad praescribendum, Idem Seraphinus cit. dec. 884. num. 2.

Amplia primo, vt donatio iurispatron. ecclesiastici facta laico nō valeat nisi interueniant omnes solemnita- tes, quae adhiberi solent in alienandis bonis ec- clesiae, & ex causa euidentis vtilitatis, vt fuit dictum in Rota in vna Brachar. iurispatr. de Padornello 7. Maij. 1599. coram eod. Seraphino, vt patet in dec. eius- dem, 1312.

Amplia secundo, vt etiam capitulum sede vacante possit huiusmodi prestare assensum, Calderinus in cō- sil. 3. de iurepatr. & ratio est, quia dare hanc licen- tiam est iurisdictionis non ordinis, & capitulum succe- dit iurisdictionalibus sede vacante c. His quae, & c. cū olim, de maiorit. & obed. & c. 1. eod. tit. in 6.

Amplia tertio, vt praesentatio facta per illum cui fuit facta donatio iurispatronatus, ante assensum,

5 praestitum per Episcopum, sit nulla, Calderinus in cōs. 6. de iurepatr. & ratio est, quia capitulum sede vacante arbitratum sum, quod si Episcopus nollet suum prestare

6 consensum in donatione: in tali casu potest cogi per Metropolitanum per textum expressum in c. nullum de iurepatr. Lambertini lib. 1. par. 2. q. 1. princip. 20. & Tutius alleg. 8.

Non obstat, quod assensus sit mera gratia secundū Andream in constitutione post litem, & in c. 1. §. quid ergo de inuestitura de re aliena facta, Paris. de reinte- gratione feudi fol. 73. num. 3. & in Collaterali Consilio fuit de cōsilio non posse cogi ad ipsum praestandum, se- cundum quod refert Io. Vincentius de Anna allega- tione 39. q. 1. quia procedit in assensu praestando à Prorege, & sic sumus in diuerso casu.

## RESOLVT. DCXXXVIII.

Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis an sit simonia.

- 1 Expressio eorum, quae tacite insunt, nihil operatur etiam in spiritualibus, & quomodo declaratur num. 5.

2 Speci-

- 2 Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis est simoniaca.  
 3 Emens aliquid vniuersale animo emendi iurispatronatus, simoniam committit.  
 4 Id, quod principaliter agitur, est inspiciendum.

**I**N Curia Archiep. Neap. tale fuit dubitatum (litigantes prætermittendo) quidam vendiderat domum alicui, in qua erat etiam capella continens iurispatronatus, in cuius venditione adiecit verbum, & signatè iurispatronatus: fuit dubitatum, si præfata venditio esset simoniaca, iuxta tradita in c. quanto, de iudic. pro  
 1 negatiua urgebat, quod expressio eorū, quæ tacite insunt, nihil operatur, etiam in spiritualibus, iuxta doctrinam gloss. in cap. significasti, de elect. & in cap. ad audientiam 2. de re script. in cap. olim il primo, de re sit. spol. in cap. relatum, de præbend.

- Ceterum hoc non obstante, contrarium iudicauimus, & moti fuimus auctoritate Io. And. in c. 1. de iurepatron. in 6. qui vult, quod si in venditione villæ, vel vniuersitatis bonorum, fiat expressa mentio iurispatr. per huiusmodi expressionem videtur æquè principaliter vendi iurispatronatus, & per consequens erit nulla venditio, & est communis opinio, secundum Lambert. de iurepatron. 2. par. 1. libri, art. 2. num. 7. Menoch. in consil. 451. volum. 3. de Rub. in consil. 190. volum. 2. reprobata opinione Anan. in cap. quærelam de elect. in mō diximus, quod si quis dum emerit villam, vel alia bona, in quibus erat institutus iurispatronat. principaliter habuisset intentionem ad iurispatr. propter quod emit illa bona; tali casu dubium non est, quin committat si moniam, & haberet locum pœna vendentis iurispatronat. cum id, quod principaliter agitur, sit inspiciendum, & sit in consideratione, l. si quis nec causam, ff. si certum pet. & ita tenet Palud. in 4. dist. 25. quæst. 5. art. 3. in fin. Sot. de iust. & iure, lib. 9. quæst. 7. art. 1. Pet. de Cened. in collect. 140. part. 1. Rosell. in summa, in verb. simonia, in 6. Spin. in spec. testament. gloss. 4. num. 116. in princ. Ceualli in comm. contra communes, q. 349. lib. 1.  
 5 Non obstat, quod expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, quia respondetur, quod quando actus de per se simpliciter est prohibitus, tunc et si tacite insit, si exprimat, operatur vitium, propter quod ille, si in eo exprimat illud, quod de per se est prohibitum, inuadatur, & annullatur, arg. tex. vbi DD. in l. nonnunquam, ff. de cond. & demonstr. & ita tenendum, reiecta distinctione, quam in hoc casu constituit Rocch. de iurepatron. verbo ipse, vel is a quo, q. 25. num. 49.

Finis Tituli Praxis Variarum Resolutionum.

## PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM.

### RESOLVT. DCXXXIX.



**A**Nni quinque à Conc. Trid. ad reclamandum concessis professis regularibus currunt non obstante ignorantia professioni nulle, aut alio impedimento facti, ratio, quia et si tempus prænitum in negligentium odium, non currat quidam ignoranti, & impeditur, sed secus est, quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem sit præfixus, vt hic, vbi non in odium negligentie professi, sed in communem religionis quietem tempus est præfixum: poterit tamen hic impeditus per viam restitutionis audiri, Sanchez 2. tom. f. 135. lib. 7. disput. 37. num. 19.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

### RESOLVT. DCXL.

**C**ognatio spiritualis contrahitur quidem per procuratorem, sed eam non procurator, sed mandans, seu principalis incurrit, Rota dec. 533. in antiq. & in dec. 669. in nouis, Cappell. Tholos. in dec. 157. Verall. dec. 147. par. 3. & ita censuit Sac. Cong. Conc. vt refert Galet. in verb. cognatio.

### RESOLVT. DCXLI.

**E**xaminatores Synodales durant, donec alij in Synodo deputati fuerint; verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, vt censuit eadem Cong. secundum Galet. in verb. examinatores.

Examinatores eligendorum ad beneficia, approbantes examinatum aliquem quoad scientiam tantū, non etiam quoad vitam, & mores non satisfaciunt Decreto Concilij, quod expresse iubet; quod peractio examine renuntientur. Quicunque ab his idonei iudicati fuerint, atate, moribus, doctrina, prudentia, &c. & ita declarauit eadem Sacra Congregatio accipi prædicta verba Concilij sess. 24. cap. 8. de reform. vt idem Galet. in verb. supra citato refert.

### RESOLVT. DCXLII.

**L**icentia accedendi ad Moniales extenditur etiam ad socium religiosi eam obtinentis, Rodriq. tom. 3. q. 6. art. 2. & secundum eundem Galet. in verb. licentia, & ratio est quia de connexis idem est iudicium, cap. translato de consil.

### RESOLVT. DCXLII.

**L**icet regulares non possint prædicare absque licentia Ordinarij, tamen licentia eiusdem Ordinarij non requiritur in proprijs ecclesijs, vt censuit eadem Sacra Cong. & per Galet. loc. cit.

### RESOLVT. DCXLIV.

**L**itteræ dimissoriae possunt obtineri etiā ab Episcopo, in cuius diocesi situm est beneficium, c. cum nullus de temp. ord. & ibi DD. communiter, vt censuit etiam Sac. Congreg. & per eundem in verb. litteræ.

### RESOLVT. DCXLV.

**M**issa ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesijs Regularium prohibere potest Episcopus, confert ad hoc text. & ibi notatur in cap. 1. de cler. peregr. & secundum Galetum in verb. Missa, ita censuit quoque Sac. Congregatio.

### RESOLVT. DCXLVI.

**M**issas nouas celebrantes possunt se tantum ad Populum vertere in medio Altaris, & sic oblationes sponte factas, accipere, non autem Ecclesiam ob eam causam circuire, vt censuit eadem Sac. Congreg. & per eundem Galet. in verbo supra citat. de quo videnda est Synodus Prouincialis Neap. quæ contrarium statuit.

### RESOLVT. DCXLVII.

**M**onialium superiorissæ eligendæ vota possunt oretenus etiam accipi ab Episcopo vna cū Vicario, vel alio viro assumpto, idem Gal. in ver. monialis, Bb 3